

DE

TYPOGRAPHIAS

EARVMQVE INITIIS ET INCREMENTIS

IN

REGNO POLONIÆ

ET

MAGNO DVCATV LITHVANIÆ

CVM VARIIS

OBSERVATIONIBVS

REM ET LITERARIAM ET TYPOGRAPHICAM VTRIVSq; GENTIS

ALIQVA EX PARTE ILLUSTRANTIBVS.



DANTISCI. MDCCXL.

APVD GEORGIVM MARCVM KNOCHIVM.

DE

BARVMQUE RITUS ET INCREMENTIS

IN

REGNO POLONIAE

ET

REGNO DUCATUS LITHUANIAE

CONSTITUTIS

OBSERVATIONIBUS

ET LITTERARUM ET TYPOGRAPHICARUM ARTIUM

PROGRESSIBUS




2570

Pol. 8. 7. 348

DANTISGII MDCCCXII

ANNO DOMINI MDCCLXXXII



VIRO MAGNIFICO, AMPLISSIMO
AC CONSVLTISSIMO

DN. ANTONIO GIE-
RINGIO,

BVRGGRAVIO REGIO,

REIPUBLICÆ THORVNIENSIS PRÆCONSVLI
AC PROTOSCHOLARCHÆ EMINENTI DIGNITATE
SPLENDIDISSIMO:

NEC NON

VIRO NOBILISSIMO, AMPLISSIMO
AC CONSVLTISSIMO

DNO. CHRISTIANO
CLOSMANNO,

CONSVLI EIVSDEM CIVITATIS AC SHO-
LARCHÆ GRAVISSIMO,

DOMINIS AC PATRONIS

SYMMISSO ANIMI CVLTV, PIETATÉ ATQVE OBSER-
VANTIA PROSEQVENDIS.

VIR MAGNIFICE

nec non

NOBILISSIME

PATRONI SVMME COLENDI,

Virtutes atque maxima Vestra merita tanta ac tam præclara sunt, ut me cumprimis semper in illustris Vestri Nominis rapiant admirationem. Quæ si hic debitis laudibus prosequi vellem, officio meo deesse viderer, cum illorum magnitudinem prædicando

cando me assequi posse diffidam, ac cum modestia Vestra pugnare certo sciam, quam a magnis laudum Vestrarum præconiis alienissimam semper cognovi. Satis enim Vobis existimatis, esse VIRI OPTIMI, ea in rem omnem & publicam & privatam contulisse, quæ civitati omnibusque bonis maximo sint commodo ac utilitati. Neque vero ita sunt obscura, quin illa omnes videant, intueantur, cognoscant, mirentur. Quæ cum & mihi contueri liceret, tanto Vos, MÆCENATES SUMMI, prosecutus sum cultu ac veneratione, ut nihil magis cuperem, quam ut vel aliquod publicum demississimæ meæ in Vos observantiæ signum extaret. Neque dubitavi, hoc exiguum Historiæ literariæ Polonicæ specimen, Summis Vestris Nominibus dicare, ut vel ex eo constaret, de summis meo in Vos animo ac venerationis pleno. Benigne igitur id a Vobis acceptum iri, persuasissimum habeo, cum jam præclara prolixa Vestra in me voluntatis atque gratiæ extare

tare voluistis documenta. Quod ut in poste-
rum quoque merear, omni studio atque ope-
ra in eo mihi elaborandum putabo, ardentif-
simis a Deo petens precibus, ut Vos morta-
lium rebus interesse jubeat quam diutissime,
quo ad commodum publicæ rei fructus quam
amplissimos cum æterna Nominis Vestri com-
memoratione adferre possitis.

**NOMINIBVS VESTRIS SPLEN-
DIDISSIMIS**

addictissimus cliens

ac cultor

JOANNES DANIEL HOFFMANN.

Quicquid de hoc argumento ex tenui librorum apparatus, quorum copia mihi facta est, excerpfi, quicquid ab aliis in commentationibus suis traditum legis hoc omne eo ordine in has pagellas collectum statui in lucem proferre, quem rationi temporum maxime convenientem arbitrabar. Noli existimare, L. B. me in hoc argumento ita esse versatum, ut omnia, quæ ad id pertinere videantur, plane exhausserim. Multa me latent, quorum notitia comparari posset, si non solum ad privatorum scrinia libraria, quæ rarioribus libris repleta sunt, verum etiam ad Bibliothecam illam, ingenti librorum multitudine instructissimam, quæ ab Illustrissimo & Reverendissimo Episcopo Culmensi & Supremo Regni Cancellario, Andrea Stanislao Zaluski, nec non ab Illustrissimo Referendario Regni, Josepho Zaluski, fratribus, conjuncta opera amplissimisque impensis Varfaviæ adornatur, aditus pateret: in qua non exigua librorum copia est, qui in Polonia typis unquam impressi sunt. Accidit tamen peropportune, ut hæc collectanea in manus Viri Amplissimi & Consulcissimi Valentini Schlieffi, Consulis Gedanensis, insignibus meritis maxime conspicui, prius inciderint, quam typis mandarentur; qui pro sua benevolentia & studio singulari, quo in ornandam & augendam Historiam literariam Prussiæ æque ac Poloniæ nullo non tempore maxime fertur (cujus rei jam insigne dedit documentum in Sche-

Schediasmate literatio de Scriptoribus Historiæ Polonica, a maxime Reverendo Samuele Joachimo Hoppio quondam conscripto, quod egregiis locupletavit accessionibus) multa partim emendavit, partim ex Bibliotheca sua, libris in Typographiis Poloniæ excusis, refertissima, adjecit: cui eam ob rem publice omni cum observantia quam maximas habeo agoque gratias. Quæ igitur a Nobilissimo Viro addita, certisque signis inclusa, quæque ex supellectile, qua usus sum, libraria hic collecta sunt, ea forte desiderium eorum, qui cupiditate Historiæ literariæ Polonicæ cognoscendæ tenentur, nonnihil lenire possunt. Neque minus lucis iis affundi posse sperabam, qui strictim cæsimque rem typographicam Polonorum in monumentis ingenii sui publicis attigerunt, quorum mentio locis suis summa cum fide facta est. Ordinem, quem hic secutus sum, rei atque temporibus congruentem esse existimavi, ut eo clarius dilucidiusque de Typographiarum incrementis & decrementis in Polonia constaret. Maxime vero urbes, quibus Typographicæ officinæ floruerunt, notandas esse duxi, atque sub illarum nominibus eas persecutus sum, ut, cum quædam ignobiliores sint, facilius apparent. Neque tandem observationes, quas sparsim interserui, a re ipsa alienas putavi; cum potius eandem illustrent. Vale.

CAPVT

CAPVT I.

DE INITIIS ARTIS TYPOGRAPHICÆ
IN POLONIA.

Jam trecentesimus agitur annus, cum prima artis Typographicæ rudimenta in Germania posita, successu temporis magis magisque exulta, & in Belgium, Galliam, Italiam & reliqua Europæ regna ac provincias translata sunt. Hujus utilissimæ artis inventum cecidit in ea tempora, quibus optimarum artium studia efflorescere cœperunt. Neque illius vel autores vel cultores aliis in locis eam exercuisse videbantur, nisi quæ aut viris eruditione præclaris affluerent, aut literarum laude florerent, aut librorum copia abundarent.

Obscurum quidem est, non ista Typographica ars Seculo XV. in Poloniam quoque adlata sit; minime tamen existimandum, tantam barbariem ac ignorantiam hujus gentis animos occupasse, ut illius artifices finibus suis plane arcuissent. Primis illius ævi temporibus pertenuis erant literæ ac artes in Polonia, rarique admodum videbantur libri, qui ab humanitate nomen ducunt. JOANNEM DLVGOSVVM, qui naturæ beneficio magis, quam doctrina aliorum literas perceptas habuit, legatum ex Italia redeuntem, non exiguam librorum copiam attulisse, quos nunquam antea in Polonia visos sciebat, relatum legimus: in his Curtium, Justinum, Salustium, Livium, Ciceronis pleraque volumina, multosque alios cum veteres tum novos & Theologiæ & Historiarum autores fuisse, vitæ ejus Autor memoriæ prodit. 1) Quos vero & alios complures frequentes in Polonia extitisse scimus, cum studiis obsequendi causa Poloni in Germaniam, Galliam & Italiam commigrarent, ubi liberalium artium studia vehementius tum colebantur.

A

Con-

1) Quæ præfixa est ejus Hist. Pol.

Condiderat etiam Vladislaus Jagello, Rex Poloniae, ineunte hoc Seculo, *Universitatem Cracoviae*, in qua *facultatum* omnium scientiae traderentur. At paulo langvidiores videbantur adhuc esse ista aetate Musae, ut admodum pauci essent, qui ingenii sui monumentis in conspectum hominum prolatis, aliquam sibi famam collegissent. DLV-GOSSVS, quem modo commemoravi, autor coaevus, *pauci*, scribit, *trahuntur cupiditate sapientiae, doctrinae, aut virtutis, sed potius honoris, lucri aut voluptatis. Proinde iis tantummodo vacant literis, quae opes, aut dignitates, aut quaevis aliquid pollicentur, eloquentiae & scribendi artem perpauci colunt, & hi tantummodo soli, qui egregia quadam animi indole impulsu virtutem terrenis metiuntur praestantiorum.* 2) Sunt tamen qui nomen suum literarum monumentis posteritati commendarunt. Joannes Cantius, Nicolaus de Blonie Theologi, M. Petrus de Zather, Martinus Ilcusius & Albertus de Prusa insignes Mathematici, Joannes Glogovienſis Philosophus, Ludovicus de Prussia, cujus *Trilogium animae Noribergae 1498* typis impressum, 3) Joannes Dlugoffus, Philippus Callimachus Historici, quorum libri vel in seriniis adhuc asservantur, vel eodem fere tempore extra Poloniae fines typis in vulgus exierunt, vel ferius in lucem prolati sunt.

Amplissimas impensas haec typographica ars tum temporis posebat, ut res non levi conjectura pendeat, illarum magnitudine in his quoque terris deterritos fuisse, quo minus eam hic primo instituerint tempore, ex quo in Germania magis divulgata esse coepit. In vicinis urbibus, Lignicii in Silesia anno 1481, Olomucii atque aliis locis jam hoc seculo typographias floruisse, ipsarum annales tradunt. Neque dubitandum, quin eodem quoque tempore in Polonia ejusque principe civitate, Cracoviae, Typographia extiterit. Non praeter eundem hic est Stanislaus Sarnicii *solacismus* quidam literarius, dignusque notari, qui in *Statutis & Privilegiis Regni Pol. & M. D. Lith.* polonice

2) In epist. dedicat. ad Zbigneum Cardinalem Episc. Crac. Historiae Polon. praemissa.

3) v. Lucae Waddingi *Annales Minorum* T. VII. p. 346. & Cornaeghem *incunabula Typogr.* p. 114.

a se translatis, typisque impressis, in Privilegio *de libertate Scholasticorum* a Vladislao Jagellone a. 1401 dato, typographorum facit mentionem, de quibus tamen in latino nihil omnino commemoratum legimus. Vtrumque hic exscribam: Sarnicii versio hæc est: *Jagello Krol Polski &c. wszystkim i kazdemu z osobna Kleykom, Laikom, Zakom ktoregozkolwiek stanu, kondycyi i zawolania, a minowicie Rektorom, Vniwersitatis, Doktorom, Magistrum, Bakalarzom, Studentom, DRV KARZOM, Bibliopolom, Bedelussom &c. 4)* Jacobus vero Prilusius latine hæc ita tradit: *Vladislaus Jagel. Rex Pol. &c. Vniuersis & singulis Clericis, Laicis & Scholaribus, cujus ordinis, conditionis & status existant & signanter Reſtoribus Vniuersitatis, Doſtoribus, Magistris graduatis, Baccalaureis, Studentibus, Scripſtoribus, Stationariis & Bedellis &c. 5)* Perperam id a Sarnicio factum reperimus, quod, quos ipsius Regis privilegium Stationarios appellat, nomine Typographorum & Bibliopolarum polonice reddiderit, vel potius Regis verbis alleverit. Hoc enim modo Typographicam artem jam a 1401. Cracoviæ extitisse credendum foret, quo tempore nullibi terrarum ac gentium fuisse omnes novimus.

Verum aliis rationibus inducor, ut credam, Seculo XV. Cracoviæ libros typis esse exscriptos. Rarissimum hujus seculi, ut opinor, extat monumentum, in quo quidem neque locus, neque annus, quo liber impressus sit, reperitur; sunt tamen alia antiquitatis ejus indicia. Titulus libri est: *Constitutiones & Statuta vel Sintagma provincialia Incliti regni Polonie: Per serenissimum atque Inviſſimum principem & dominum dominum Kazimirum primum: Polonie regem. Magnumq; ducem Litwaniæ. Ruffiæ. Pruffiæq; dominum & heredem &c. Edita & promulgata Cujus profecto: multiplex & varia atque recondita & altissima eruditio: in maximisq; pacis & belli negotiis exercitatio Tum vero pro conditione & statu hominum vitia corripientis? Quisque terras tumultuantes & res novas molientes: ad fidem & obsequium Regium sua opera redogit: atque pacatas & quietas tandem reddidit.* In quarta, ut vocant,

A 2

4) Statuta i Metryka przywileiow koronnych p. 201.

5) Leges & Statuta ac Privilegia Regni Pol. p. 160.

cant, forma. Præter ea vero, quæ in titulo sunt commemorata, adjecta sunt plura: *Incipit liber secundus statutorum Illustrissimi principis & domini nostri Wladislay regis Polonie & C. Per ipsum Et Barones totius regni edita Cracovie Et in Wartha confirmata Sub anno domini Millesimo quadingentesimo vicesimo tertio.* Item: *Incipit liber tercius Statutorum terrestrium Nyeschewiensium per regem Polonie Kazimirum scdm Et ipsius barones confirmatorum.* Item: *Incipiunt articuli in conventionione nove civitatis Corczin facti & confirmati per Serenissimum principem Kazimirum secundum & Barones ejus.* In fine hæc addita sunt: *Finis Statutorum regni Polonie emendatissime impressorum:* quæ verba vero in eo libri hujus exemplari, quod Magnificus Vir Valentinus Schlieff Consul Gedanensis possidet, omnino desunt. Quod vero Seculo XV. hic liber typis mandatus sit, ipsæ literæ indicio esse possunt, quas Gothicas appellare solemus. Literæ, quas vocant initiales, nullibi expressæ; ex quo intelligi potest, minio aut alio colore depingendas fuisse. Accedit, quod Statuta illa Casimiri Niesoviensis a. 1454. sancita, ac demum a. 1496. ab Alberto Rege Poloniæ confirmata sint, quibus complures leges ac Regis Alberti præfatio sunt annexæ. Hæc vero in ista vetustiori editione plane desunt, ipsæque leges longe aliter sunt impressæ, atque Joannes a Lasco eas tradit. Quod luculenter declarat, ante annum 1496. istum librum exiisse in vulgus. Neque vero inficiandum, totum librum gravissimis scaterere erratis; sunt tamen quædam, ex quibus istæ leges in novissima *Constitutorum Regni editione Varsaviensi* non sine ratione possent emendari.

Sed aliud præterea videor mihi habere argumentum, ex quo puto colligi posse, eodem seculo Cracoviæ floruisse typographiam. Simon Starovolsceius 6) de Joanne Glogovienſe disertè scribit: *Multos quoque in Moschovia sacre scripturæ libros in Sclavonicam ab illo linguam translatos vidimus, impressos vero Cracovia sumptibus Joann. Haller Civis Cracoviensis, qui omnes suas facultates in hoc ipsum contulerat, ut literæ meliores diversis excusæ lingvis & characteribus spargerentur in usum septemtrionalium.* Hæc ut rectè intelligantur, sciendum est, &

Joan-

6) In Script. Polon. Hecaton. p. 59. edit. Francof. 1625. in margine.

Joannem Glogovienſem Profeſſorem Cracoviſem, & Joannem Hallerum Typographum iisdem vixiſſe temporibus. Illum a. 1507. vitam cum morte commutaſſe Starovolſcius refert: Hunc Chalco-graphum divitem & Conſulem Cracoviſem a. 1508. fuiſſe Bartholomæus Paprocius ſcriptum reliquit. 7) Vtriuſque igitur maximam ætatis partem in ſeculi XV. tempora incidiſſe, facile intelligi poteſt, quibus iſtos Slavonicos utriuſque fœderis libros Cracoviæ typis eſſe impreſſos, vero admodum ſimile eſt. Necdum vero mihi tam felici contigit eſſe, ut illos viderim unquam, aut legerim a quoquam commemoratos. Jacobus le Long, vir maxime induſtrius nihil habuit, quod in *Bibliotheca ſua ſacra* ad illa Starovolſcii verba adjeciſſet. Credendum itaq; eſt Starovolſcio teſti oculato, quod res integra fuerit.

Cum vero jam Typographi Cracoviſis, Joannis HALLERI, mentio hic facta eſt, minime dubito adfirmare, hunc primum omnium in Polonia typographum fuiſſe. Admodum etiam veri ſimile eſt, Germanorum opera primos in Poloniam typos advectos eſſe, ipſiusque typographiæ incunabula puto illis accepta referenda. Nec fallor conjectura, ſi hunc quoque Hallerum natione Germanum eſſe dixerō. Nam præterquam quod ipſa nominis appellatio argumento eſſe poteſt; conſtat quoque inter omnes, Cracoviam, in qua domicilium ſuum habuerat, multitudine civium copioſam, artificibusque & mercatoribus adfluentem, Germanorum quondam hoſpitiū & ſedem fuiſſe, quos Principes Regesque Poloniæ, magnis privilegiis allectos, in hanc urbem deduxerent. In his Francos, Svevos alioſque Germanos, imo etiam Scotos fuiſſe literis proditum legimus. Quid? ſi hunc Noribergæ illa arte inſtitutum eſſe dixerim. Cives enim & mercatores ejus civitatis frequentes tum Cracoviam comuebant, & ea, quæ ad elegantiam vitæ & neceſſitatem pertinent, importabant, ita, ut Caſimirus Rex, dato a. 1457. civibus Cracoviſibus privilegio, illorum libertatem aliquanto præcideret, qui merces ſuas vendere, niſi conſtituto nundinarum tempore, non poſſent. 8)

A 3

Bern-

7) Herby rycerſtwa Polskiego p. 701.

8) Stan. Sarnieki Statuta i metryka przywilejow Kot. p. 560.

Bernhardus quoque a Mallincrot bene observavit, 9) Noribergam, celebre & felix omnium, quotquot unquam humano ingenio effictæ sunt, artium domicilium, sub initium statim nascentis typographiæ hac etiam nova laude eminere studuisse: ac inter reliquos, qui ibi id artificii exercuerint, Antonium Koburgerum facile primas tenuisse, quem ævo suo non illius modo urbis, sed totius Germaniæ typographorum & bibliopolarum præcipuum fuisse contendit. His, quæ maxime notatu digna esse & aliquid roboris ad sententiam meam confirmandam adferre arbitror, addit, pleraque sua insignia volumina antiquo illo rudiori typo excudisse, non nisi fero admittis politioribus illis, quos a loco inventionis Venetos olim dictos esse characteres adfirmat. Qui igitur Halleri & Koburgeri typos inter se contulerit, qui in utriusque libris impressis conspiciuntur, facile in eam ibit sententiam, Hallerianos ad Koburgeri formam quam proxime accedere atque illum ab hoc artificium imprimendi accepisse statuet. Sed ultra, quo progrediar, non habeo, quam ut hæc probabiliter a me dicantur.

CAPVT II.

DE TYPOGRAPHIIS SEC. XVI.

Seculum decimum sextum ut Polonis maxime faustum & auspiciatum erat, sic & studia & ars typographica magno studio colebantur. Homines excellentis ingenii, favore, gratia & munificentia principum virorum ad studia optimarum artium partim excitabantur, partim viri summæ doctrinæ, magnis propositis præmiis, ex aliis locis huc alliciebantur. In his Joannis a Lasco, Petri Tomicii, Andræ Cricii, Joannis Zamoscii, ipsorumque Regum Sigismundi Augusti, Stephani I. & reliquorum summa extitit opera, qui vere literarum statores existimandi sunt. Viri nobili genere nati, alique homines studiorum causa Germaniæ, Belgii, Galliæ, Italiæque principes Academiis adierunt. Vnde multum quidem utilitatis, sed non parum etiam infortunii in omnem Poloniam dimanavit.

9) De ortu & progressu artis typographica p. 87. seqv.

manavit. Literæ Græcæ & Hebraicæ in *Universitate* Cracoviensi antea ignotæ summopere coli cœptæ sunt. Arti poeticæ & eloquentiæ, quibus nullo non tempore maxime dedita hæc gens fuit, singularem operam navarunt plerique, ut ipsorum prosa & ligata oratione nihil tersius, nihil elegantius ista fuerit ætate. In perpelienda lingua Polonica, quæ hucdum minus culta esse videbatur, tantum studii collocabatur ab Nicolao Sempio, Nicolao Rejo & Joanne Cochano, ut alius alium opera sua videretur anteveruisse. Neque juris patrii studium negligebatur, cujus rei indicio esse possunt Joannis a Lasco, Joannis Prilufii, Joannis Herburti, Stanislai Sarnicii, Joannis Januszovii conatus ac labores. Rerum gestarum annales studiosius texebantur. Diversæ religionis homines, quorum hospitium & perfugium Polonia tum erat, libris scribendis maxime dediti, multa divulgant. Hinc tot sermones sacri, quos Postillas vocant, tot sacri codicis versiones, tot libri Theologici prodierunt in lucem. Hæc opera requirebant magnos sumtus & Typographos, qui multis locis vel Principum, vel privatorum imperiis sustentati sedes suas figeant, artemque suam exerceant. Gens Judaica, quæ insigni in Polonia libertate utitur, ut Synagogas suas ac Rabbinos longe doctissimos olim habuit, ad quos tanquam iudices, ceterarum gentium Judæi confluere solebant; ita quoque Typographos in his oris aluit fovitque, qui magnam librorum copiam in conspectum lucemque hominum protulerunt. Singula ordine persequar, ut quemque locum tempore priorem typographicas officinas fovisse cognovero.

CRACOVIA,

Minoris Poloniæ caput, quam flumen Vistula alluit, hominibus varii generis, mercatura, virisque doctissimis olim florens, omnium prima fuit, in qua Academia, bonarum mentium officina reliquarumque Scholarum in Polonia mater, condita est; namque ex ea doctissimi quique omnibus in universo regno ludis literariis præficebantur. Non exigua huic loco facta est accessio splendoris, cum officinarum & Typographorum copia præ reliquis abundaret: quo-

rum

rum alii privata opera, alii publica autoritate officinas suas constitu-
ebant. Academia suos habet Typographos: Judæi quoque typogra-
phiam eodem seculo studiosius exercebant. Subjungam singulorum
nomina, quotquot ab hoc tempore ad nostram ætatem in illa urbe
vixisse sciam, ita, ut temporis rationem potissimum habiturus sim.
Jam a. 1500. Ciceronis ad Herennium Rhetoricorum Lib. IV. cum Raphae-
lis Regii præfatione: & Orationem pro Q. Ligario in 4to hoc loco pro-
diisse commemorat Joannes Albertus Fabricius. 1) Quæ ubi Mar-
chandus recenset, 2) probabili admodum conjectura adductus adfir-
mat JOANNIS HALLERI typis evulgata esse, quem omnium pri-
mum in hac urbe typographicam artem exercuisse, supra diximus.
Neque dubitandum, quin etiam a. 1504. ex ejusdem officina Libanii
Epistole antea translatae in sermonem latinum a Francisco Zambicario Bono-
niensi. emendatae vero argumentisque illustratae a Joanne Sommerfeldio, in
4to in lucem exierint; licet neque locus, neque annus in capite libri
notatus sit. Ex epistola, quam Sommerfeldius ad Matthiam Drevi-
cium Procancellarium Regni Polon. Cracoviæ X. Kal. Aprilis 1504.
scripserat, quique a Cive & Bibliopola Cracoviensi, Joanne Clyme,
illas se accepisse narrat, liquido patet, in hac urbe impressas fuisse,
quas hætenus rarius visas Joannes Christophorus Wolfius reliquis
Libanii Epistolis Hamburgi 1738. in fol. editis, curavit inserendas.
Ex Halleri officina a. 1506. Commune inclyti Poloniæ Regni Privilegium
Constitutionum & indultuum, publicitus decretorum, approbatorumq; &c.
studio Joannis a Lasco, Regni Cancellarii, collectum in lucem pro-
diisse, certo constat 3) typis admodum rudibus, quos Gothicos vo-
cant, impressum; opus eo maxime commendabile, quod rarius in
conspectum cujusquam veniat. Anno 1511. Vitam S. Stanislai, quam
Jo. Dlugoffus conscripserat, in eadem urbe typis excusam reperi. 4)

Item

1) In Biblioth. Lat. supplem. p. 108.

2) v. Ejus Histoire de

l'origine & des premiers progrès de l'Imprimerie, Hagæ Comit.
1740. in 4to impr. p. 93,

3) Dav. Braun de Script. Pol.

& Pruss. p. 1.

4) Jo. Gottl. Krause in præf. T. II. Jo. Dlu-

goffi Hist. Pol. p. 9. & Kasp. Niesieckiego Kor. Polsk. T. II. p. 41.

Item *Anselmi Poloni Minoritæ descriptionem terræ sanctæ & urbis Jerusalem, 1514. 4to. 5)* nec non *Missale Cracoviensis Diœcesis, a. 1515. fol.* Isti libri ejusdem Halleri typis impressi esse videntur. Anno 1515. *Elegiam amatoriam Joannis Dantis excudit.* [Ex officina Halleri a. 1521. in 4to prodiit *Oratio Legati Apostolici habita Thorunii ad Severiff. Regem contra errores Fratris Martini Halleri; item Edictum ejusdem Regis contra Lutherum & alia hujus generis.*] Quodsi Joanni Plantavitio fides habenda sit, iisdem temporibus Judæorum floruisse typographiam existimandum erit. Is enim se possedisse ait *R. Elie Levitæ Grammaticam Hebr. cui tit. Sepher Habbachur, Cracoviæ 1517. typis impressam, qvem potissimum autorem etiam Julius Bartoloccius sequitur: quamvis ea de re Wolfius videatur dubitare. 6)*

HIERONYMVS VIETOR Vienna Cracoviam venit; nam *ao. 1515. Viennæ, quæ in Conventu Maximiliani Imp. & Regum Vladislai Sigismundi ac Ludovici memoratu digna gesta sunt, autore Richardo Bartholino Perusino, impressit. 7)* Anno 1518. Cracoviæ jam confedisse, patet ex libro, qvem typis impressit sub tit. *Diariv & eorum, quæ memoria digna in nuptiis Sigismundi I. Regis & Bonæ Mediolani Baricæ Ducis gesta in 4to Jodoci Ludovici Decii, quod iterum a. 1521. cum Mechovii Chronico recusum est. 8)* Typi librorum, qvos impressit, ab rudibus illis Gothicis Hallerianis parum videntur differre. Iisdem quoque impressa sunt *Statuta, Decreta & Constitutiones Sigismundi I. ao. 1524.* Hujus Regis *sancta in Conventu a. 1527. literis jam latinis, nec æque rudibus excusa David Braunius memoriæ prodit, 9)* quæ ex ejusdem officina prodissse existimo. Anno 1530. *Christophori Hegendorphini declamationem gratulatoriam in coronationem Severiff. junioris Poloniæ Regis (Sigismundi Aug.) in Gymnasio Posnaniensi habitam, Cracoviæ in adibus Hier. Vietoris in 8. excusam vidi.* [Vietor adhuc vixit 1544. Vidua

B

adhuc

5) le Long Bibl. S. Tom. II. p. 610.

6) Biblioth. Hebr. P. I. p. 154. seqv.

7) v. pl. Rev. M. Sam. Joach. Hoppius de Script. Hist. Pol. §. 20.

8) Niesiecki l. c. T. II. p. 35. ubi vitio typographi vocatur Vietor,

9) l. c. p. 3.

adhuc excudit 1548. *Statuta Regni Pol. methodica dispositione propter familiariorum omnium causarum ex jure antiquo & novo definitionem conscripta ac D. Sigismundi Aug. R. Pol. nec. non ejus Reverendiss. ac Illustriss. Senatus simulque Equestris ordinis legatorum judicio ac censura in conventionione Regni generali Petricoviensi 1548. exhibita, quæ Jacobus Prilufius ut Prototypum subsequenti grandioris operis & 1553. emissi publicavit.*]

In eadem fere tempora incidit ætas FLORIANI VNGLERII, Typographi Cracoviensis. [Is a. 1543. non amplius in vivis erat. Namque vidua ejus eo anno in 4. edidit *Clementis Janitii Epithalamion Regi Sigismundo Augusto* post fata Autoris promulgatum & 1549. *Andreae Lubelczyk Liturgiam Armenorum in 8.*] A. 1545. apud eandem *Venceslai Schamotulini in funere Ser. Principis & Dominae Elisabethæ Rom. Hung. Bob. &c. Regis filia. Potentiss. ac Invidiiss. Principis & Domini Sigismundi II. Aug. R. P. conjugis carmen lugubre* impressum est.

Huic æqualis fuit PAVLVVS HELIC, qui jam a. 1540. *Novum Testamentum lingua & literis Hebræo-Germanicis* impressit in fol. cujus autorem esse Joannem Hartzugem, ex Judæo Christianum factum, ex J. C. Wolffio intellexi. 1)

BERNARDVS WOIEWODKA, Typographus & Prætor Cracoviensis, vir literis probe excultus. Juvenis Erasmo Roterodamo præceptore usus est una cum socio studiorum Joanne Tricesio, viro nobili, Hebraicæ, Græcæ & Latinæ lingvæ peritissimo. Cum is Cracoviam reversus esset, doctrinam, quam ab Erasmo perceperat, aliis tradidit, librosque ab exteris locis advectos, quorum copia etiam Tricesii Bibliotheca instructa erat, imprimis cum Francisco illo Lismanino communicavit. Vixit familiariter cum Jacobo Prilufio, Andrea Fricio Modrevio & modo commemorato Joanne Tricesio, in cujus ædibus frequenter convenerant ac de rebus divinis sermones instituerant. 2) Vita adhuc a. 1563. fruebatur, quo Bibliis Polonicis Brestiaë impressis operam suam navavit, ut infra commemorabo.

[MAT-

1) Bibl. Hebr. P. II. p. 459. P. I. p. 473.

2) v. Stan. Lubienicji Hist. Ref. Pol. I. I. c. 1. p. 18. 21. Andr. Wengerscius Slav. Ref. L. I. c. 15. p. 124. & Chr. Sandius Bibl. Antitr. p. 216.

[MATTHIAS SCHARFFENBERG a. 1535. in 4. M. *Benedicti Cosminensis Epithalamion Principis Joachimi March. Brandenb. & Hedwigis Sigismundi Filiae* excudit.]

[HIERONYMVS SCHARFFENBERG a. 1548. vixit, qui typis germanicis expressit *Matthiae Franconi Nachricht vom tödtlichen Abgang und Begräbnis Sigismundi I.* 4.]

[MARCVS SCHARFFENBERGER, a. 1553. 4. apud Heredes ejus exiit *Confessio fidei Catholicae in Synodo Petricoviensi approbata*; vocatur vero Civis & Bibliopola Cracoviensis: Anno eodem 4. apud eosdem heredes excusum est *Carmen Petri Roysii de apparatu nuptiarum Sigismundi Augusti.*]

[STANISLAVS SCHARFFENBERG, qui polonico idiomate evulgavit *Joannis Pongtowski Commentarium actorum in Comitibus 1569.* 4.]

NICOLAVS SCHARFFENBERGER, Typographus regius, qui libros publicæ rei utilissimos impressit. Præclaram in *Bibliis Polonicis* sumtu suo a se impressis operam posuit. Primam eorum editionem Sigismundo Augusto 1561. alteram Henrico Valefio 1574. & tertiam Stephano I. Regibus Poloniæ a se dicatam a. 1577. in fol. divulgavit. Hæc vulgo Joanni Leopolitæ auctori tribuuntur: quod etiam a Simone Starovolscio 3) &, qui hunc secutus est, Jæchero, viro clarissimo, 4) adfirmari reperimus; sed perperam. Nam ex Scharffenbergeri dedicatione primæ Bibliorum editioni præfixa cognosci potest, quod ipsum latuerit auctor hujus versionis Polonicæ, eamque Joanni Leopolitæ, Artium Magistro & Sacerdoti Cracoviensi, dederit tantum corrigendam & emendam. Idem *Constitutiones, Statuta & Privilegia in Comitibus Regni ab a. 1550. ad annum 1581.* fancita, polonica lingua excudit, impensis Balthazaris Lazari Bibliopolæ, ut opinor, Cracoviensis. Reliquæ Constitutiones separatim ex ejusdem officina videntur prodiiisse. Vitam adhuc egit a. 1609. quo librum quendam impressit. Insignia ejus sunt, caper prioribus pedibus sublatis, erectoque capite ac lingua exserta, tribus e monti-

3) Script. Pol. Hecat. p. 48.

4) *Gelehrten Lexicon* sub nomine; Leopolda.

bus asperioribus profiliens, supra ejus caput tres stellæ. Clypeus galea & torqve ornatus. Supra galeam itidem caper inter duas expansas alas, quarum utraqve ternis stellis exornata est. Cognatos illorum Crispinum patrem & filium Joannem Scharffenbergerum eodem tempore Wratislavia libris imprimendis dedisse operam, tradit Autor Calendarii Wratislaviensis. 5)

MATTHIAS WIRZBIĘTA, Typographus Regius Cracoviensis, cujus officina typis non inelegantibus instructa erat; libri maxime polonici satis nitide impressi, quos non minus studium in iis corrigendis, quam charta commendabat. Jam anno 1558. *Psalterium Davidis* oratione ligata polonica in fol. quod Jacobi Lublinii opera puto esse confectum, ex ejus officina prodiit in lucem. Nicolai Reji viri equestri genere nati, qui omnium primus lingvæ polonicæ exploiendæ operam dedit, libros plerosque omnes eleganter ac nitide impressit, quibusdam etiam adjecit præfationem suam. Ex eadem officina exiit polonice *Confessio Helvetica a. 1574.* Ne quid dicam de nitida *Alex. Gvagnini descriptionis Sarmaticæ Europæ &c. 1578. fol.* editione ab eo promulgata. [Anno 1590. adhuc officinam habuit.] In quibusdam libris insigne ejus conspicitur, quod est salix (a qua ipse nomen suum habet) in ripa alvei, de cujus uno ramo inferiore detruncato suspensus est clypeus, qui tantum primas nominis literas refert sibi implexas.

MATTHÆVS SIEBENEYCHER, Typographus dives, qui jam anno 1558. libros impresserat. Ex ejus officina a. 1573. prodiit scriptum sine autoris nomine, cui tit. *Rozsadek o sprawach na elekcyi Warszawskiej do koronacyi należacych*: quod magnas fecit turbas in Comitibus 1574. Cracoviæ celebratis, in quibus Henricus Valesius R. Pol. coronabatur. Re igitur magna cum contentione animorum agitata, Siebeneycherus a Firleio, Marechalco Regni, in carcerem conjectus est; quem vero Joannes Demetrius Sulicovius, qui postea Archiepiscopus Leopoliensis factus est, liberavit, 6) aperte se libri

auto-

5) a. 1740. conf. etiam *Schlesisches Hist. Labyrinth/ p. 533.*

6) Jo. Demetr. Sulikovji *Comment. rerum Polon. p. 25.*

autorem professus. Idem a. 1580. electus est Consul Cracoviensis. Diem obiit supremum d. 9. Dec. 1582. teste Bartholomæo Paprovio. 1)

JACOBVS SIEBENEYCHER, forte Matthæi filius. Edidit a. 1588. *Stanislai Gostomski*, Palatini Ravensis, opus posthumum, cui tit. *Gospodarstwo in fol. cum præfatione sua ad Jacobum Gostomski*, Palatinidem Ravensem. Ad a. 1603. vitam suam videtur produxisse, quo adhuc libros ab eo impressos vidi. 2) Hoc mortuo, ex officina viduæ ab illo relicte prodierunt libri: in his *Caj. Jul. Cæsaris Commentarii de bello Gallico ab Andrea Vargotio polonice translati*, anno 1608. impressi sunt. Floruit eadem officina adhuc a. 1619.

MATTHIAS GARWOLCZIVS, qui a. 1584. *Bartholomæi Paprocki* librum, cui tit. *Herby rycerstwa Polskiego in fol.* cum figuris ligno insculptis impressit, typis non æque nitidis.

ALBERTVS KOBYLINSKI extremo seculo XVI. vixit.

ISAAC ben Aaron PROSTITZ ab urbe Prostitio in Moravia ita cognominatus, Judæus Typographus. Ingens librorum multitudo, qui in hac urbe a primis fere temporibus seculi XVI. ab Judaica gente impressi sunt, indicio esse potest, non defuisse ipsi Typographos, qui libros excudebant. Jam a. 1530. *Pentateuchus Hebr. cum V. Megilloth hebr. in fol.* impressus erat. 3) Item *R. Isaaci Durenensis fil. Ruben Porta dura s. habitationis 1534. in 4to.* 4) Neque tamen ullius typographi nomen reperire potui, præter hunc Prostitium, qui ab a. 1550. usque ad a. 1630. fere vixit. Ex officina ejus multi libri in vulgus exierunt, qui in his regionibus admodum rari sunt; neque parvo pretio alibi constant. In his notatu digni: *Sepher Mizvoth 1550. 8.* 5) Liber Anonymi, cui tit. *Agudda i. e. Fasciculus s. Collectanea Talmudica 1571. fol.* 6) Anno 1587. *Proverbia Salomonis Hebr. cum versione Germ. per R. Mardochei fil. Jacob. 4to.* 7) *Pentateuchus Hebr.*

B 3

Ⓢ

1) Herby rycerstwa Polsk. p. 703.

2) Jubileusz wielki Jana Januszowskiego, w Krak. 1603.

3) J. C. Wolfius Bibl. Hebr. P. II. p. 386.

4) Wolfius l. c. P. I. p. 654.

5) Id. P. II. p. 1365.

6) P. II. p. 1249.

7) ib. p. 457.

& Chald. cum Comment. Raschi & Mosis Nachmanidæ & V. Megillorb
 Hebr. & Chald. 1587. fol. 1) Anno 1610. Biblia Hebr. cum Comment. Ra-
 schi, 410. 2) Et Talmud Hierosolymitanum 1609. cum annotationibus,
 quæ editio reliquis omnibus præstare videtur: quoniam huic præ-
 ferendam esse Amstelod. A. Cnollenius censet, cujus Tomus I. 1710.
 fol. a R. Elia Wischnizenfi Polono, viro doctissimo cum annotatio-
 nibus suis editus est. 3) Item Talmud Babylonicum integrum Tom. XIII.
 fol. 1603-1605. quæ sumptuosissima editio reliquis multo correctior,
 maxime v. Basileensi locupletior esse existimatur. 4) Vixit a. 1629.
 quo R. Meir fil. Abraham Angelæ Masoram federis typis impressit. 5)

LAZARVS ANDREÆ polonice ANDRYSOWIC. Hic prima
 jecit fundamenta egregiæ illius typographiæ, quæ nomine Lazari
 admodum celebris est. [Jam a. 1553. Cracoviæ typographiam ha-
 buit, ex qua exierunt eo anno diversa Carmina Adami Schætheri, de
 nuptiis Sigismundi Aug. & Catharinæ Casaris Ferdinandi Filie; de fluvio
 Memela; de salinis Vielicensibus, omnia in 4. Orichovii Panegyricus nupti-
 arum Sigismundi Augusti in 8.] Edidit etiam Articulos Juris Magde-
 burgici, quos Speculum Saxonicum vocant, a. 1559. sub tit. *Artykuly
 prawa Magdeburckiego, ktore zowia Speculum Saxonicum z lacinskiego
 ięzyka na polski przelozone i znowu drukowane roku 1559.* 4. His Laza-
 rus præmisit Epistolam, quæ dicavit eos Joanni Christophoro Tar-
 novio, Comiti, Castellano Woynicensi, Capitaneo Sendomiriensi.
 Secunda hæc est editio, quam a. 1565. & 1573. studio Bartholomæi
 Grohicii, insignis Jurisconsulti, multo locupletius adornatam recu-
 dit. Insignia ejus duplici modo in libris ab illo impressis exhiben-
 tur. In quibusdam conspicitur clypeus, in quo laterna aperta, cum
 candela ardente, quam superiori parte manus e nubibus protensa
 tenet. Clypeum circumdat sertum quadratum, cui literæ L & A
 impressæ: quod ambiunt hæc verba: *Verbum tuum Domine est lumen
 semitis meis &c.* In aliis vero libris clypeus, continens lampadem
 ardentem, quam manus e nubibus sursum tenet: ab utraque parte clypei
 eadem verba leguntur.

JO-

1) Wolf. l. c. p. 388. (2) p. 374. 3) p. 892. Unschuldige Nach-
 richten a. 1713. p. 611. 4) Wolf. P. II. p. 900. 5) P. 745.

JOANNES JANVSSOVIVS five JANVSZOVIVS, Lazari filius, qui etiam Joannes Lazarus Janussovius appellatur. 6) Optimarum artium studiis imbutus, vitam in aula Maximiliani II. Imp. egit adolescentulus. Postea Nicolaum Firleium, legatum a Republica & Rege ad Imperatorem Rom. missum, in Poloniam abeuntem secutus est, a quo in numerum Ministrorum est receptus. Fuit deinde Sigismundo Augusto R. Pol. scribæ loco & in aula & in locis, ubi Regi vestigalia penduntur. Hoc mortuo, multis officiis apud Stephanum R. P. defunctus est. Tandem huius vitæ pertæsus, Cracoviæ a. 1577. domicilium sedemque fortunarum suarum fixit, atque acceptam a patre typographiam coluit, atque adeo, *ut, censente Starovolscio, cum præstantissimis etiam exterorum officinis certare auderet, Polonas vero superaret omnes.* 7) Ductaque in matrimonium uxore, tres filios ex ea suscepit, Christophorum, Stanislaum atque Michaelem. A. 1587. a Sigismundo III. in equestrem ordinem adscitus est. Defuncta uxore, sacro ordini nomen suum addixit, factus Archidiaconus Sandecensis ac Parochus Solecensis. Quindecim post annis, vitam cum morte commutavit 1613. annos natus LXIII. Magnam posuit operam in typographia exornanda, quæ & elegantia typorum & nitore chartarum longe præstantissima erat, multisque aliis extra Poloniæ fines anteferenda. Janussovii nomen paucis in libris expressum reperitur; quos vero tantum hoc nomine, *ex officina Lazari,* notatos vides, ex eo, illius esse, iudices ac cognoscas. Habent etiam hanc notam, quæ insignia ejus esse existimatur, nempe columnam pyramidalem, altissimas nubes contingentem, quam rudera domuum & palatiorum circumstant, [ut in *Christophori Varsevicii oratione Polonica in obitum R. Stephani,* quæ exiit 1587. 4. & *Andree Zbilitovii Epinicio de victoria reportata 1588. 14. Jan. ad R. Sigismundum, ed. 1588. 4.*] In quibusdam, iisque admodum paucis conspicitur armata manus e nube protensa cum lampade ac his verbis: *Divini mea spes fidesque verbi prælucente face ad polum feratur.* Inferius: *Ingenio & arte; ut in Jac.*

6) In Apologia pro Acad. Cracov. 1581. edit. 8.

7) Script. Pol. Hecat. p. 126.

Jac. Gorficii Orat. gratular. ad Steph. R. P. Cracov. 1583. edit. Cum tanta ac tam præstans hæc typographia judicaretur esse, factum est, ut Architypographia Regia & Ecclesiastica Lazari dici soleat. Jure meritoque eruditis annumeratur Typographis, quod ex libris, quos ipse scripserat, intelligi potest, qui sunt

1. *Trzy duchowne bractwa miasta Laowskiego, Ciała Bożego, Rożanego wianku i S. Anny, w Krak. 1585. 12.*
2. *Sion pochylona, w Krak. 1587. 4.* Hunc librum adscito alio nomine Joannis Podworzecki edidit, eundemque latine conversum in MSto latere Starovolscius memoriae prodidit. 8)
3. *Szafarz albo o pobamowaniu utrat niepotrzebnych dialog z Stanistawa Sokołowskiego z Łacińskiego na polskie przetłumaczony, w Krak. 1589. 4.*
4. *Poseł wielki o wcieleniu Syna Boskiego przetłumaczony z Łacińskiego z Stanistawa Sokołowskiego, w Krak. 1590. 4.*
5. *Oksza na Turki Stanistawa Orzechowskiego przetłumaczona na Polskie, w Krak. 1590. 4.*
6. *Nowy charakter polski z drukarnie Lazarzowej y orthographia polska, 1594. 4.* In quo id docet, ut literas suas habeant Poloni, quibus linguam suam scribendo typisque mandando exprimant. Præter suas, Joannis etiam Cochranovii & Lucae Gornicii literas modumque recte scribendi exhibet. Nullius vero characteres Polonos scribendo hucdum magis secutos esse cognovi, quam Janussovii.
7. *Poselstwo Węgierskich postow do Zygmunta III. przetłumaczyl z Łacińskiego na Polskie, w Krak. 1595. 4.*
8. *Olidze oracya Germanika Margrabie Malaspiny Legata Papiezkiego, w Krak. 1596. 4.*

9. Præ-


9. *Præparationes devotæ ad digne celebrandum s. communicandum, w Krak. 1596. 4.*
10. *Statuta prawa i Konstytucye Koronne Łacińskie i Polskie z Statutow Łaskiego i Herborta i Konstytucyy koronnych zebrane, w Krak. 1600. fol. [Annectitur sub finem liber singularis de Interregnis post obitum abitumqve Sigismundi Aug. Henrici Val. & Stephani Regum Pol.]*
11. *Wywod albo obmowa z strony Statutow koronnych, od siebie wydanych, w Krak. 1602. 4.*
12. *Jubileusz wielki od Oyca S. Papieża Clemensa VIII. na Żądanie Krola J. M. Polskiego i Szwedzkiego Zygmunta III. krolestwu w szyskiemu do kościoła katedralnego Krakowskiego pozwolony, w Krak. 1603. 4.*
13. *Nauka umierania Chrześciańskiego, w Kr. 1604. 4.*
14. *B. Ssaryona Kardynała rzecz o pochodzeniu Ducha Święt. w Krak. 1605. 4.*
15. *Icones Xiążat i Krolow Polskich, 1605. fol.*
16. *Wzor Rzeczypospolitey rzałney do ciała człowieka przyrownany, w Krak. 1613. 4. 1)*
17. *De jejunio atqve cibis vetitis.*
18. *Solii Davidis partes III. Quarta in MSto latet.*

Manuscripti libri in æde D. Margarethæ in nova urbe Sãndecz sequentes asservantur: Archidiaconia polonice facta: Thronus regius: Constitutiones Provinciales in aliam quam antea methodum redactæ & auctæ: Concionum fasciculus: Correctura jurium: Orichovii Turcicæ & Fidelis subditus polonice translatus: Comitia Varsaviensia 1612. Historia sui temporis: Casarum Ro. vitæ polonice scriptæ. 2)

C

ALE-

1) Kasp. Nieśieck. kor. Polsk. T. 11. p. 400. 2) Starovolc. l. c. p. 127.



ALEXIVS RODECKI & SEBASTIANVS STERNACKI primo Cracoviæ artem typographicam exercebant; deinde Racoviam concesserant, quo loco de illis agemus.

ADAMVS quidam seculo XVI. Cracoviæ impressit *Andreae Patricii Nideci lib. de Ecclesia*, notante Antonio Possævino. 3)

ANDREAS PETRICOVIUS Pater, Typographus regius. Jam anno 1578. libros ab eo impressos reperi. Anno 1615. a Sigismundo III. R. Pol. privilegium obtinuit, omnes *Constitutiones, Statuta & Privilegia* imprimendi, eaque ab a. 1550. iterum mandavit typis, ac post mortem Scharffenbergeri continuavit. E vita discessit a. 1620. quod ex sequenti monumento a filio ipsi posito in templo SS. Trinitatis Cracoviæ, cognosci potest:

PIETATI SACRVM

Ac memoriæ Spectabilis Viri,

D. Andreæ Petricovii, S. R. M. Typographi, qui prisca erga Deum religione, rara in omnes humanitate, in pauperes Christiana liberalitate conspicuus; de Ecclesia, Repub. atque literis, multiplici selectorum librorum editione bene meritus, matura sibi quidem, at non posteris ætate, placide excessit
Anno M. DC. XX.

PIIS ITEM MANIBVS

Spectabilis ac Honestissimæ Matronæ, D. Hedvigis Pręzynowna Consortis: quæ Maritum virtutibus æquavit, fato præcessit.

Parentibus pientissimis filius mœrens

Andreas Petricovius, J. U. D. & Professor Publ. P. C.

Sed eheu fatum!

Dum hoc progenitoribus parat Cœnotaphium, Conjugem suavissimam, D. Annam Belzianka, Hieronymi F. omni virtute ac matronali decore nulli secundam, ex eaque susceptum filiolum Stanislaum Petricovium, III. hora (hac ejus vita) infantem continuatis effert funeribus.

Anno Christi M. DC. XXIII. Idib. Febr. 4)

AN-

3) In apparatu sacro p. 76. 4) Starovolscii Monumenta Sarmat. p. 133.

ANDREAS PETRICOVIUS filius, J. V. Doctor, Consul Cracoviensis & Typographus Regius. Acceptam a patre typographiam sedulo coluit. Anno 1628. a Synodo Provinciali Petricoviæ celebrata facultatem accepit *Antiphonarium, Graduale, Rituale s. Agendorum & Constitutionum Provincialium libros* imprimendi. In continuandis Constitutionibus Regni eandem, quam pater, posuit operam, impetrato a. 1643. a Vladislao IV. novo privilegio. A vidua & hæredibus ejus reliquæ Constitutiones anni 1646. sequentium typis mandatæ sunt; quæ postea ex nova Typographia ab Ellerto Varfaviæ constituta in lucem prodierunt. Petricovius obiit a. 1645. d. 8. Oct. ut declarat monumentum ipsi positum:

Andreas Petricovius, J. V. Doctor.

In principe urbium Cracovia, parem ortui indolem & genium, ac primores literas hausit: cujus nobile deinde ingenium Italia excoluit, expolivit Gallia, peregrinatio, industria, experientia perfecit. Ac ne plura exteris deberet, domi Lauream Doctoratus meruit, meritamque Antecessoris dignitate & diligentia auxit; exornavit Consulatu; Consulatum vigilantia, prudentia, justitia, & legationibus ad Regni Comitia obitis; sic publice ubique par titulis, munerique suo. Privatim modestia & comitate erga omnes certabat; Principibus viris, ob singulares virtutes & consiliorum dexteritatem, felicitatemque gratus. Tandem ille amor & deliciae omnium, omnium cum desiderio & luctu die 8. Octob. Anno salutis M. DC. XLV. Sexagesimo proximo Patriæ, Conjugi, Liberis, Amicis ereptus, deposito inter tumbæ hujus angustias corpore, spiritum Deo reddidit.

Anna Teressia Pernusowna, Conjunx mœstiss. Marito desideratissimo posuit. 5)

SIMON KEMPINIVS vixit ineunte Seculo XVII. Ao. 1606, typis impressit *Marcina Muriniusa Kronikę abo opisanie ziemie i Mistryzow Pruskich, in 4.* [Orationem Joannis Clobucii ad Petr. Tylicki Episcopum Cracoviensem a. 1607. scriptam & in 4. excusam. Præter hæc a. 1610. quædam ab ipso impressa vidi.]

JOANNES SZELIGA, forte Francisci Szeligæ Civis Cracoviensis filius. Is habuit alterum filium, qui Albertus Seligius Medicinæ Doctor vocatur in epitaphio apud Starovolscium, 6) quod ei pater posuerat. Primum Cracoviensis, ubi 1606. ex ejus officina libri exierunt in lucem; [*A. 1609. 4to Cracoviae Andreae Læachii Scoti anagrammata impressit.*] Deinde Dobromiliensis; postea Jaroslaviensis, ac tandem Leopoliensis Typographus fuit, de quo infra erit dicendi locus.

NICOLAUS LOBIVS a. 1607. impresserat *Friderici Bartschii in Evangelia Adventus & quæ sequuntur Dominicarum Commentationes ad eos potissimum, qui inter Hæreticos degunt juvandos ordinatae*. 8. Item *Christophori Podkanski, J. V. D. poprawa praw i sposob statutu spisane go podlug Konstytucyji anni 1581. 1601. 1607. wydany i spisany anno 1608.* 4. Prodromus est majoris operis, quod vero ab autore non est perfectum. Impressit adhuc anno 1618.

BASILIVS SKALSKI iisdem temporibus vixit; ex cujus officina prodiit opus posthumum *Simonis Syrennici Med. Doct. & Prof. Crac.* quod polonice *Zielnik*, latine *Herbarium* vocatur, lingua polonica scriptum 1613 fol. cura Gabrielis Joannicii Med. D. & Profess. Crac. sumtibus Serenissimæ Principis Annæ, Sigismundi III. R. P. fororis, quæ harum rerum præclaram habuit cognitionem, manumque suam operibus chemicis admovit, cujus rei monumenta quondam Strassburgi in Prussia, ubi sedem suam ad vitæ finem habuit, conspiciuntur. [*Excudit 1606, 4. Andr. Læachii Anagrammata & 1615. Cichocii Alloquia Osiecensia.*]

MATTHIAS ANDREOVIIENSIS [a. 1615. 1616. & 1617. Matthiam Andreioiensem in officina Lazari operam excudendi præstitisse, ex inspectione plurimorum Panegyricorum iis annis impressorum sum edoctus. A. 1619. ipse Matthias Andreioensis jam typographiam habuit, e cujus officina 1635. in 4to extat *Casp. Szemek Lacon seu de Reip. recte instituendæ arcanis dialogus.*]

ANDRÉAS ANDREOVIIENSIS forte hujus filius, qui a. 1634.

Simo-

6) Starovolscii Monumenta Sarmatarum p. 253.

Simonis Starovolscii Accessum ad juris utriusque cognitionem in 12. iterum impressit, qui jam a. 1633. Romæ typis Vaticanis editus erat.

[*MARTINVS HORTERINVS* anno 1619. excudit in 4to. *Andr. Zedzianowskiego Kometa z przestrog i niebieskiey w roku 1618. widziany.*]

[*ANTONIVS WOSINSKI* excudit in 4to. *Macieja Soleckiego Pobudkę abo Napominanie wzbudzające żołnierza koronnego do potrzeby z Turkami 1621.*]

FRANCISCVS CÆSARIVS, S. R. M. & Academiae Typographus, cujus officina centum amplius annos floruit. Forte Lazari Typographia jure emtionis ad eum pervenit: nam memini me vidisse in libris ab anno 1617. ab eo impressis eadem insignia; videlicet columnam pyramidalem altissimas nubes transeuntem. Typi satis nitidi, ipsaque officina omnium florentissima, ex qua egregia opera in lucem prolata sunt. A. 1618. excudit *Torqvati Tassii Goffred a Petro Cochano* polonice translatum versibus non inelegantibus. A. 1645 *Pauli Piascii, Episcopi Premisliensis, Chronica gestorum in Europa singularium in fol.* cum præfatione sua, vivente autore, edidit. Vitam cum morte commutavit ao. 1651. Post mortem ejus ex Viduæ & hæredum officina libri in lucem exierunt. In templo S. Annæ Cracoviæ duo epitaphia conspiciuntur, quæ ex Starovolscio 7) hic inferere operæ pretium duxi:

Hoc monumento clauditur urbi, doctis & bonis omnibus desideratissimus Franciscus Cæsarius, Typographus Regius & Civis Cracoviensis. Ob suas animi dotes, singularemque humanitatem, prudentiam, atque scientiam lingvarum exoticarum, amicis proceribusque viris carus. Omnibus in muneribus magna semper cum integritate & industriæ laude versatus, qui memor supremi illius diei, quo reviviscens humanum genus, æternas seu præmiorum seu poenarum sedes, ut cujusque meritum fuerit, judicio Dei est accepturum, hoc in loco condi & lapide tegi iussit. Anno ab ortu Christi

1651. S. S.

C 3

Alte-

Alterum:

D. O. M. exoptatum bonis justi judicis adventum expectans, Franciscus Cæsarius, S. R. M. & Almæ Acad. Crac. Typographus. Qui ea fuit in Deum pietate, ut avitæ religionis Christianæ vivum exprimeret exemplar. Eo animi candore, ut nullum cordis & lingvæ, oris & pectoris cerneret dissidium. Ea in rebus gerendis dexteritate, ut summis quibusque & prudentissimis in Regno Senatoribus ac Episcopis, Andræ Lipski, Jacobo Zadzik Cracov. & Paulo Piafecki Præmis. carus esset ac familiaris. Ea linguarum exterarumque nationum notitia, ut comes peregrinationis, primo Feliciani Woianowski, Equitis Aurati Meliten. Commendatoris Posnan. secundo Illustriss. Dominici, Ducis in Zaslav. tertio Andræ Lipski, Episcopo Cracovie, in Italiam Germaniamque accerferetur. Cum longioris vitæ spe uxorem, filios, nec non amicos solatur, virtutum præmium accepturus ab eo, qui est retributio Justorum, vocatur, Anno Jubilei Magni M.DC.LI. die sacro S. Aug. ætatis suæ LXVII. ut qui vivens totam locasset Doctis ac Doctõribus operam, mortuus a Doctõre Ecclesiæ lauream prensaturus cœlestem præsentaretur. Conjunx moesta, cum filiis, & unica filia, hoc ultimum amoris sui posuit auctoramentum.

Tandem filius ejusdem nominis

FRANCISCVS CÆSARIVS curam hujus officinæ in se suscepit, qui fuit typographus S. R. Majestatis, Episcopi Cracov. Ducis Severiæ, nec non Scholæ Novodvorfcianæ, quæ cum ad Academiam pertinet, solitus est loco illius hanc addere atque se nominare Typographum Academiæ. Ista schola nomen ducit a Bartholomæo Nowodworski, Equite Melitensi, Aulico regio, militiæ Præfecto & Commendatore Posnaniensi, qui illam Sec. XVII. condiderat atque constituerat, ut ex certa pecunia, quam eidem donavit, typi compararentur, impensisque Scholarum Novodvorfcianarum certi libri imprimerentur, quarum hic Cæsarius omnium fere primus Typographus dictus est. Eodem, quo pater, studio in id incubuit, ut nihil, quod ad chartæ & typorum elegantiam pertineat, desisset. Is

jam a. 1675. libros impressit. Anno 1714. adhuc rebus mortalium interfuisse, constat ex libris ab eo excusis.

MENACH NAHVM Typographus Judæus, qui etiam Nahum bar Mosche Meisels vocatur, a. 1642. librum impressit, cui tit. *Kruvartz*, & a. 1643. *Corpus Mischnicum cum Comment. Bartenora & Tosephoth Jom Tov in 4to.* 8) Wolfius existimat, 9) Cracoviam variis officinis insignem ad hoc tempus Judæorum fovere Typographias. Ego vero ea de re vehementer dubito; nec hæctenus quidquam percontari potui.

LVCAS KVPISZ Typographus regius, cujus ætas in eadem incidit tempora. [A. 1648. & 1658. excudit, a. 1659. ejus vidua *Twardowski* celebris Poetæ Polonici Carmen: *Woyna domowa.*]

STANISLAVS BERTVTOWIC five BERTVT, Typographus Regius. [A. 1643. in 4to *Gratulationem Joannis de Romiszowice Stokowski, Petro Gembicki in primo ad Cathedralam Cracoviensem ingressu dedicatum Carmen* & 1649. in 4. *Alberti Nowakowski Laudationem funebrem Vladislai IV.* excudit.] Hæredes ejus ante Franciscum Cæsarium juniorem typis Novodvorsianis in officina sua a. 1665. libros imprefferant.

[MARTINI PHILIPOWSKI Typographia 1638. & 1649. Cracoviæ extitit.]

SCHEDELIANA officina a CHRISTOPHORO SCHEDELIO Typographo Regio ita dicta, qui jam [a. 1640. impressit in 4. *Caroli Hornii, Romani, Genethliacon in Natalem Sigismundi Casimiri, Principis Polonici*, & 1643. in 4. *Elogium Petro Gembicki Episcopo Cracov. Cathedralam ingredienti scriptum*, & alia hujus generis. 1658. adhuc in vivis fuit.] Cujus insigne in libris impressis est brachium e nubibus protensum, manu tenens sphæram cœlestem annulo suspensam, adscriptis his verbis: *Nil sine Deo.* Ab hæredibus ejus a. 1669. libri imprimebantur. Anno 1680. GEORGIUS & NICOLAUS Christophori filii Typographi Regis ordinarii erant, qui conjuncta opera *Simonis Starovolskii* librum sub tit. *Swiżnika Panska fol.* in lucem protulerunt.

8) Wolf. l. c. P. II. p. 884.

9) P. II. p. 956.

tulerunt. Frequentius vero nomen est NICOLAI ALEXANDRI SCHEDELII, Typographi Regii & Scabini urbis Cracov. in libris quam plurimis, quem eundem Nicolaum Georgii fratrem esse credo. [*A. 1696. in fol. excudit Waclawa Potockiego Poczet Herbow Szlachty.*] Vixit adhuc ineunte seculo XVIII. GEORGIUS vero, qui & ROMANVS Schedelius dictus est, Bibliopola factus, a. 1697. Consul Cracoviensis evasit.

STANISLAVS PIOTRKOWCZYK, Typographus regius, libros impressit a. 1667. & 1670.

VALERIANVS PIATKOWSKI [Cracoviæ excudit 1643. in 4. *Jacobi Jandlovii Processum judicarium ad praxin Fori Spiritualis Regni Pol. conscriptum.* Vixit adhuc 1649. Imo jam a. 1627. 4. excudit *Nicolai a Jesu Discalceati Poloni Apologiam perfectionis Vitæ Spiritualis, sive propugnaculum Religionum omnium sed maxime mendicantium.*]

ALBERTVS GORECKI, Typographus Regius & Academiæ, ab a. 1670. libris imprimendis operam dedit. 1684. adhuc excudit.

ALBERTVS SIEKIELOWIC, Typographus Regius, a. 1660. impressit.

CHRISTOPHORVS DOMANSKI, Typographus Regius, Civis & Bibliopola Cracoviensis & Varsaviensis fuit. Vitam egit exeunte seculo XVII. & ineunte sec. XVIII.

JOANNES DOMANSKI, Secretarius & Typographus Regius, sec. XVIII. vixit.

IGNATIVS ANTONIWS HEBANOWSKI, Typographus Regius, eodem vixit tempore.

DOMINICVS SZARKOWSKI adhuc vivit, ac suam habet typographiam, quæ Censoris Academiæ judicio non est subjecta.

MICHAEL DIASZEWSKI &

JOANNES JASINSKI adhuc sunt in vivis, utrique typographi Academiæ, cujus Censuræ libros imprimendos submittere debent. Tres itaque Typographiæ hoc tempore florent in hac urbe Cracov. una, quæ ab Academiæ judicio non dependet: duæ autem, quæ sub ejus potestate sunt.

LVBLINVM.

Vrbs Minoris Poloniae, nundinis etiam atque iudiciis Tribunalium maxime celebris, ad quam ex locis longissime diffitis ingens hominum multitudo confluebat. Cætus Reformatorum & Socinianorum Ecclesias suas hic habuerunt, a quibus Synodi frequentes solebant celebrari. Synagoga Judæorum magnæ semper erat auctoritatis, ad quam nundinarum tempore ex Provinciis Polonicis & aliis exteris locis Magistri illorum commigrarunt, de gentis suæ ritibus & quæstionibus difficilioribus sententiam ferentes. In hac urbe omnium celeberrima fuit

TYPOGRAPHIA IVDÆORVM, quæ olim nitidissima erat; nunc vero fere collapsa est. Jam diu hoc loco Typographicam artem coluerant Judæi. Wolfius auctoritate Schabtai fretus commemorat, 1) jam a. 1559. *Talmud cum Comment. Raschi & Josephoth* hic typis mandatum esse. Qua in re mihi videtur errasse Schabtai, cum tantum Talmudis pars, *Schevuoth* dicta, eodem anno hic loci impressa sit. 2) Typographi celebres hoc loco erant:

KALONYMVS ben Mardechai Japhè, Typographus, a. 1562. *Machser ex ritu Judæorum Polonorum, Russorum, Lituavorum, Bohemorum & Moravorum* in fol. 3) Ao. 1575. *Bireoth Hammason, preces pro cibo, cum Comment. R. Nathan ben Schimschon Spira* 4. impressit. 4) Item partem aliquam Talmudis, *Taanith* dictam, a. 1577. fol. 5)

R. JOSVA bar Israel Austriacus, cujus auspicio tantopere floruit Typographia Lublinensis Judæorum ab ineunte sec. XVII. quo tempore insignis librorum Hebraicorum copia in hac urbe exiit in vulgus. Is operam suam navavit imprimendis XIII. *Tomis Talmudis opera Zevi bar Abraham Kalonymi 1617 - 1627.* evulgatis. Quæ editio admodum rara est, quam nunquam in lucem exiisse perperam arbitratus est Julius Bartoloccus, notante Daniele Maichelio. 6)

D

ABRA-

1) l. c. P. II. p. 903.

2) Wolfius l. c. p. 912.

3) Wolfius P. II. p. 1336.

4) Id. l. c. p. 1271. p. 912.

6) In introductione ad Hist. literariam ad præcipuis Bibliothecis Parisiens. p. 73.

ABRAHAM fil. Kalon. Japhe a. 1646. excudit R. Joseph Karonis *Maggid Mescharim i. e. Portam priorem interpretationis in sacrum codicem in 4to.* 1) Ex ejusdem officina jam a. 1611. prodiisse *Schevuoth cum Comment. Raschi & Josephoth*, Wolfius autor est. 2) Num vero librum Germanicum *de origine fluvii Sabbatici*, quem duo Judæi Poloni ex longo itinere reversi, *Lublina 1634.* (apud Wolfium 3) vitio forte typhotetæ 1534. annus notatus est) literis Rabbiniis imprimendum curarunt, eamque ob rem Werslaviæ consilio ipforum Judæorum in nundinis combustum, idem Typographus impresserit, adfirmare nequeo.

ZEVI fil. Abraham Kalonymus a. 1620. *Ruach Chen*, item a. 1623. & 1627. R. Jacobi filii Isaaci librum *Maggid i. e. Comment. Hebr. Germ. in Prophetas & Hagiographos cum Comment. Raschi, II. Volum. fol. 4)* Reliquos eorum Typographos percontari non potui; quamvis a. 1682. libros eodem loco prodiisse in lucem sciam. 5)

CHRISTIANI præterea Typographias suas in hac urbe habuerunt. Quodsi Joa. Geo. Eccardum autorem sequeremur, qui *M. Georgium Dalmatinum Lublini 1578. Pentateuchum lingua Carniola* typis commisisse scribit, 6) affirmandum esset, Lutheranos jam pridem hic suam habuisse officinam Typographicam. Sed doctissimus vir hallucinatus est; nam Labaci in Ducatu Carniolæ, non Lublini, non satis expensa loci appellatione, lingua Carniolana expressa, typis prodiisse vel ex Tenzelio cognosci potest. 7)

PAVLVM CONRADVM, Typographum, sub initium seculi XVII. libros impressisse, ex Sorvello 8) patet, cujus typographiam privatam fuisse existimo. [A. 1632. 4. excudit *Georgii Lemke Traktasik o Rzeczypospolirey*, & 1635. 4. *Henr. Chelkowski Polonicum Carmen in R. Vladislaum.*]

[A.]

1) Wolfius l. c. P. I. p. 558.

2) Id. l. c. P. II. p. 912.

3) Id. l. c. P. I. p. 141. coll. p. 283.

4) Id. l. c. P. I. p. 598. seqv.

5) Id. P. II. p. 1432.

6) Hist. Studii Etymologici c. 35. p. 167.

7) *Monatliche Unterredungen* a. 1690. p. 539. seqq.8) *Scriptores Soc. Jes.* p. 586.

[A. 1645. 4. Typis VIDVANIS exiit *Ludovici Casimiri Zagorski Salutatio Stanislai Pstrokonski Episcopi Chelmenfis.*]

JOANNES WIECZORKOWIC, ex cujus officina prodierunt *Causæ, ob quas Rex Sveciæ &c. breves & præliminares, breviter limatæ & eliminatæ. autore Gregorio Borasto, 1656. 4.* [Jam a. 1649. ex ipsius Typographia scripta exierant.]

Typographia COLLEGII SOCIETATIS JESV, quod in hac urbe florentissimum est, seculo XVII. initium cepit.

SZAMOTVLIVM.

Sive Szamotulii, germanice *Sambor* / oppidum Majoris Poloniae, quod etiam arcem habet. Distat ab urbe Posnan. milliaria octo, & quatuor ab Obrzicko. Erat olim hæreditarium oppidum Comitum a Gorka. Indulgentia cum primis Andreae, Comitissæ a Gorka, Fratres Bohemici & Ecclesiam & Typographiam condiderunt, quæ sine dubio illius munificentia constituta erat. Hæc omnium prima & antiquissima in Majori Polonia existimari potest, in usum scholarum & ecclesiarum Vnitatis Fratrum in Maj. Polon. ad recedendos pios libros erecta, teste Andrea Wengerfcio. 1)

[ALEXANDER AVICZDECKI a. 1559. hic typographus fuit.] Anno 1558. hoc loco impressus est *de vero ac fundamentali usu certæ salutis in pacata conscientia hominis dialogus quatuor Fratrum legis Christi*, quem e Bohemica lingua transtulit in Polonicam Laurentius Crisovius, Eques Lituanus, qui fuit Pastor Ecclesiæ Niefviesiensis in Lithuania, atque deinde, deserto cœtu Reformatorum, sententiam Socinianorum de DEO secutus est. 2) Non diu autem floruit ista Typographia.

ZAMOSCIVM,

Polonice Zamoscie, Vrbs cum arce in Terra Chelmenfi Russiæ Rubræ, quas Joannes Zamoscus, summus exercituum Dux & Regni Cancellarius, in prædio suo hæreditario sub Rege Stephano I. condiderat, propugnaculisque mœnibus ac fossis egregie munitum, ex-

D 2

orna-

1) In Hist. Eccl. Slav. Prov. L. I. c. 14. p. 118.

2) Wengerfcius l. c. L. III. c. 16. p. 446; Sandius in Bibl. Antr. p. 54.

ornaverat templis splendidissimis. Academia ab eodem & Georgio Zamoscio, Episcopo Chelmenfi, erecta, in qua formanda usi erant Alberti Califfii, scholæ Levartoviensis Rectoris, opera atque consilio, teste Stanislao Lubienecio, 3) viris egregie doctis semper florebat, quos tum magnis præmiis Cracovia aliisque ex locis eo adduxerat magnus ille literarum stator ac Mæcenas. Typographia jam a. 1557 hoc loco erat, quo *Ioannis Herburti de Fulsin Statuta Regni Pol. latine typis impressa sunt.*

Typographia ACADEMIÆ ab ultima hujus origine floruit, quæ ob summum in corrigendis libris studium elegantiamque typorum tantam habet commendationem, ut magnum illis pretium ab eruditis viris merito statuatur. Hujus Academiæ clari erant typographi

MARTINVS LENSIVS, qui a. 1597. eadem Statuta Herburti, a. 1601. *Thomæ Dresneri, I. V. D. & Profess. Acad. Processum judicarium Regni Pol. fol. a. 1622. Statuta Sigismundi I. satis nitide & a. 1607. Ioa. Gervi Tuchol. Prussi Farraginem actionum* multo emendantius impressit. [A. 1614. in 4. adhuc excudit *Nemesin Kraiu Pulnocnego.*]

[SIMON NIOLOKOWIC, qui a. 1620. in 4. excudit *Andree Wargocki ksiąg dwoie o Krzyżu y ukrzyżowanym nad to odziewie Krzyża S. dziwnie cudownym u Oycow Dominikanow w Lublinie.*]

[ANDREAS JASTRZĘBSKI a. 1654. & 1659. academiæ typographus fuit.]

JOANNES RVTOWSKI vixit extremo seculo XVII.

BRESTIA.

Sive Brescia, polonice Brzeskie, princeps oppidum Brescianensis Palatinatus in Lithuania, qui Lublinensi Palatinatu contiguus est. Omnis regio vocatur etiam Polesia, quo nomine ipsa urbs Brestia, quæ etiam Bressici nominatur, perperam appellatur a Wolfio. 4) Judæorum Synagoga seu potius academia istam regiam urbem jam pridem reddidit illustrem. Namque non solum studiis obsequendi causa eo confluere solebant Judæi ex Italia, Germania, Moravia &

Sile-

3) Hist. Reform. Pol. L. III. c. 13. p. 255.

4) In Bibl. Hebr. P. I. p. 420.

Silesia; verum etiam summos in Lege, Psalmis, Prophetis & Talmude honores Doctoris seu Rabbinii consequerantur. Mirum tamen videtur, quod tam celebri scholæ Judaicæ defuerit Typographia. Nullo enim modo reperire potui, hic ullum ab iis librum typis excusum fuisse. Fratres Bohemici & scholam & Ecclesiam hic habuerunt; quam Nicolaus Radzivilius, Palatinus Vilnensis, hujus urbis Præfectus, quem Capitaneum vocant, condiderat. Cujus cura ac sumptibus Typographia constituta est, in qua *ao. 1559. Simonis Zacii Prosevicii Confessio fidei Ecclesie Vilnensis contra exsurgentes Anabaptistas* impressa est; quam Vilnæ eodem anno excusam esse perperam narrat Stan. Lubieniecus. 5) Ex hac officina prodierunt *Biblia Polonica a. 1563. fol.* Translatis enim utriusque federis libris ex Hebraico & Græco textu Pinczoviæ, ubi interpretes commorabantur, Radzivilius BERNARDVM WOIEWODKAM typographum Cracoviensem, Brestiam evocavit, qui Bibliis imprimendis daret operam. Wengerfcus 6) scribit, eum in interpretes ac typographos decem plus minus florenorum millia impendisse. Mortuo a 1565. Radzivilio, iidem Fratres Bohemici hanc officinam Typographicam tenebant, in qua *Cypriani Basilici Historia de magna persecutione Ecclesie Dei incipiens a Wiclefo & Hussu, 1567. fol.* item *Theodori cujusdam Hoſeas Propheta cum Comment. eodem anno polonice impressa sunt.* Ibidem exscriptum esse *Librum Psalmorum & Hymnorum*, aliosque ejus notæ memoriæ prodit Lubieniecus. 7) Cessit vero deinde hæc Typographia filio Radzivilii, qui eam ad usum Ecclesie suæ converterat, cui jam addictus fuit. 8)

LVCLAVICIÆ.

Polon. Luklawice, pagus in Palatinatu Cracoviensi ad oppidum Saclicinum, nidus olim Socinianorum, in quo frequens eorum cœ-

D 3

tus

5) Hist. Ref. Pol. L. III. c. 3. p. 177. & Wengerfcus l. c. p. 430.

6) l. c. L. I. c. 16. p. 142. conf. Lubieniecus p. 33. & 170. And. Wifſowatii narratio compend. in Chr. Sandii Bibl. Antitr. p. 211.

7) l. c. p. 33.

8) v. Joa. Lasitius script. Apolog. pro Volano p. 144.

tus erat, ibique Faustus Socinus fatis cesserat. 1) Anonymus apud Sandium 2) testatur, Luclaviciis librum aliquem excusum esse, regnante adhuc Augusto Polon. Rege; unde apparet, fuisse aliquando hoc loco Typographiam Socinianorum.

PINCZOVIA.

Polonice Pinczow, oppidum Minoris Poloniæ, in Palatinatu Cracoviensi, quarto distans lapide a Wislicia: locus quondam hæreditarius Nicolai Olesnicii, qui & Ecclesiam & scholam, quam ob multitudinem & frequentiam discipulorum Gymnasium Wengerfcus vocat, 3) hic condiderat. Hic prima omnium synodus a Fratribus Boh. Conf. a. 1550. celebrata est. 4) Multorum virorum, qui insigni doctrina florebant, perfugium ac domicilium erat, ut tunc, teste Lubienecio, 5) Pinczovia velut Athenæ Sarmaticæ celebraretur. Huic cætui immiscebant sese Vnitarii, qui, factæ schismate, Ecclesiam suam hoc loco habuerunt. Typographia a Fratribus Bohemicis erecta est, 6) in qua typographus fuit

DANIEL LANCICIVS. Is exedit anno 1559. *Epistolas Ecclesiæ Tigurine ad Ecclesias Polonicas.* item a. 1560. d. 8. Febr. *In duos Martini Cromeri Dialogos, qui de vera & falsa nostri temporis religione inscribuntur, animadversiones brevissimas.* in 8. it. *Petri Statorii Scholæ Pinczoviensis Rectoris librum contra Franc. Stancari dogma,* 1560. item a. 1561. *Andree Fricii Modrevii Narrationem simplicem rei novæ - simul & querelam de injuriis, & expostulationem cum Stanislao Orichovio.* item *Gregorii Pauli Explicationem difficultium S. Scripturæ locorum,* quam Pinczoviæ, regnante Augusto Pol. R. prodiisse narratur apud Sandium. 7) Ipsa Typographia deinde Lassoviam translata est. 8)

1) Lubienecius l. c. p. 272.

2) De Typographiis Vnitariorum in Pol. & Litv. p. 202.

3) l. c. p. 229.

4) v. Dan. Erp. Jablonski in Hist. Conf. Sendom. pag. 5. ubi notandus error Stan. Lubienecii l. c. p. 56, 5) l. c. p. 33.

6) vid. Wengerfcus l. c. p. 116. 117.

7) in Bibl. Antitr. p. 202. & 44. 8) Wengerfcus p. 139.

COSMINECVM.

Pol. Koźmin, oppidum Majoris Polon. in Palatinatu Califfienfi. Cum olim effer in potestate Jacobi, Comitis ab Ostrorog, Ecclesia & schola Fratrum Bohemorum eo loco floruit: 1) ibidemque anno 1555. fynodus illa celebris habita est, in qua prima fundamenta unionis Fratrum Conf. Boh. & Helveticæ jacta sunt. 2) Atque in eodem oppido Fratrum Confess. Boh. Typographiam fuisse non dubito adfirmare, ex qua liber ex Bohemica in Polonicam linguam translatus, de cultu divino Christianorum, cui tit. *Książki te są o prawdziwym nabożestwie Chrzescianskim teraz z Czeskich na polskie przepisane a wydrukowane w Kozminku a. 1561. d. XI. Sept. in 8.* prodit in vulgus. Hujus typographiæ nullam facit mentionem Wengercius. Cum vero paulo post illa urbs in aliorum venit potestatem, & schola & Ecclesia in alium quoque locum translata est; nec ipsa typographia hoc loco diu videtur floruisse.

WENGROVIA.

Pol. Węgrow, oppidum Podlachiae in confiniis Masoviae & Lithuaniae situm, quod ad Livensem terram pertinet. Hodie adhuc Ecclesia & Lutheranorum & Reformatorum ibidem floret. Olim quoque Sociniani coetum suum ac scholam habuerunt, cui regendæ a. 1585. Joannes Volkelius præfectus erat. 3) A. 1565. fynodus ab illis hoc loco celebrata est. 4) Petrus Gomesius, qui non in omnibus articulis cum ceteris in Polonia Vnitariis consentiebat, hoc loco egit Ministrum, cujus libri admodum rari, neque ipsi Sandio fati noti, hic typis impressi sunt; scil. *De Filio Dei, quod ante conditum mundum fuerit & quod omnia per ipsum facta sint, adversus falsas depravationes Ebionitarum, 1570. 8. pol. De baptismo Christianorum adversus baptismum recentiorum, eodem anno 8. pol. De tribus. i. e. de Deo, de Filio ejus & de Sp. S. adversus Trinitatem Sabellianorum, eod. 8. pol.* Alios, præter hos, non vidi hoc loco typis excusos.


ZA-

1) v. Wengercius l. c. L. I. c. 14. p. 116. 117.

2) Wengercius l. c. p. 76. & Jablonski l. c. p. 6.

3) Geo. Schomanni Testamentum ap. Sandium in Bibl. Antitr. p. 156.

4) v. Stan. Lubieniecui l. c. p. 180.



ZASLAVIVM.

Polon. Zaslav, oppidum, quod aliquot lapidibus distat ab urbe Minsco in Lituania, septemtrionem versus, ac sine dubio ad Minscensem pertinet Palatinatum, quem locum in Tabula Geographica M. D. Lithuaniae Principis Nic. Christ. Radzivilli cura & opera edita video notatum. Matthias Kawieczynski, Praefectus Niesvisiensis, doctrina Vnitariorum imbutus, typographiam hoc loco condidit, ex qua a. 1572. *Simonis Budnaei Biblia Polonica in 4.* in lucem prodierunt, sumtibus ejusdem Kawieczynii ac fratris ejus. Typographus ibidem tum fuit

DANIEL de LENCZYCA, qui antea Pinczoviae erat, ut supra commemoratum est. Haec Typographia deinde Loscum translata est. 5)

LOSCVM.

Pol. Losko, oppidum M. D. Lithuaniae. Wengerscius Reformatarum Ecclesiarum typographiam hoc loco fuisse memoriae prodidit: 6) eandem quoque Vnitarii sibi vendicant, quorum plerosque libros ex hac officina prodiisse constat mihi ex catalogo, quem confeci. Imo ipsa Typographia a Joanne Kiszka a Ciechanowic primo Incisore M. D. Lith. & deinde Castellano Vilnensi, doctrina Vnitariorum imbutus, fundata est; quod intelligi potest vel ex Sandio, 7) apud quem etiam Anonymus 8) diserte tradit, eam Zaslavio Loscum, quod erat oppidum modo dicti Castellani, Senatoris opulentissimi, esse translata: quod factum esse existimo, cum Daniel Lencicius sedem suam Zaslavio Niesvisium transtulit. In hujus locum Losci videtur successus esse Kiszcae Typographus.

JOANNES KARCANVS s. Kartzanus patria Vielicensis, qui sine dubio a. 1573. *Jac. Palaologi lib. de Magistratu Politico, curante Sim. Budnaeo*: item a. 1574. *Sim. Budnaei Refutationem argumentorum Martini*

Cze.

5) De Typographiis Vnitariorum apud Sandium l. c. p. 201.

6) l. cit. p. 150.

7) Biblioth. Antitrit. p. 51. coll. p. 82.

8) De Typographiis Vnitariorum, p. 201.



*Czechovicii, quæ pro sententia sua, quod homini Christiano non liceat Magistratum Politicum gerere, in Dialogis suis proposuit: it. a. 1577. Andreae Fricii Modrevii L. V. de emendanda republica, polonice a Cypriano Basilio translato, cum quibusdam annotationibus & illustrationibus, impensis Nicolai Olechnovicii Monwidæ Dorohostayscii Palatini Polocensis, ad quem Andreas Volanus præfationem latinam præmisit, in fol. item a. 1578 Mart. Czechovicii libr. Polon. sub tit. Trium dierum colloquium de quibusdam articulis fidei, præcipue vero de Padobaptismo, cum aliis Tractatibus, qui de contentionibus circa doctrinam de baptismo in Polonia & Lithuania motis agunt, in 4. typis impresserat. Is postea Vilnam petiit, ibidemque libris imprimendis operam dedit. Neque tamen cum eo ipsa typographia Vilnam translata esse videtur; quod postea factum esse Sandius confirmat. Namque post ejus discessum Losci libros esse impressos mihi compertum est: in his fuisse *Fausti Socini*, sub ficto nomine *Prosperi Gratiani*, *Instrumentum doctrinarum Aristotelicum in usum Christianarum Scholarum, exemplis theologicis illustratum, 1586. 8.**

POSNANIA.

Pol. Poznań, Minoris Poloniæ Metropolis. Academia jam ab a. 1510. ab Joanne Lubranscio Episcopo Posnaniensi, condita floret; Collegium vero Societ. Jesu ab a. 1570. Non videntur tamen suas habuisse officinas typographicas ab ultima sua origine, quæ postero tempore ab utrisque erectæ sunt. Ex quo hæc urbs cœtui Lutherano præbuit hospitium ac domicilium, primus mihi videtur fuisse

MELCHIOR NERINGK, qui privato ære Typographiam hoc loco condidit. Is a. 1577. *Joa. Lastii Cladem Dantiscanorum* typis impressit, ac ipse in fine prædictionem ruinae Gedani ab Joanne Dantisco a. 1530. scriptam adjecit, quæ vero & brevior & aliquanto diversa est ab ea, quam *Thomas Samostrzelecius* Orationi suæ ad *Gedanenses* subjunxit, eodem anno a Neringkio Posnaniæ editæ in lucem; item anno 1578. *Franc. Goslavii de Nadarice de bello adversus Moschos ad Equites Polonos orationem; ejusdemque Paranesin ad Stephanum Pol. R. de judicis & moribus corrigendis.* Anno 1577. impresserat *Jac. Niem. ierui Datri-*

ben polonicam s. collationem amicabilem cum P. P. S. J. Posnan. de præcipua differentia religionis christiane, in 8. Locus quidem impressionis non erat additus; sed nullum est dubium, quin ex Neringkii officina prodierit, qui tum Posnaniæ vixerat. Quia autem Typographus, ut Professores Collegii S. J. in *Dialysi assertionum Jac. Niemoievii* rem omnem narrant, contra Privilegium Regium egerat, quo cautum erat, ne quid contra fidem Catholicam imprimeret, Episcopus Posnaniensis, Lucas Koscielcius, publicatis omnibus exemplaribus, mandavit, ne quidquam prius typis excuderet, quam fidem dedisset, se nihil, quod contrarium esset religioni, typis impressurum. At vero idem Typographus a. 1579. Grodifici eundem librum recudit, quo tempore officinam suam eo videtur transtulisse, ut supra commemoratum est.

JOANNES WOLRAB privato ære eodem fere tempore, quo Neringkius discesserat, officinam erexit. Nam a. 1579. *Jacobi Wuietæ Postilla minoris partem primam polonice* excudit: & a. 1580. *Dialysin* supra memoratam *Affertionem Jacobi Niemoievii Professorum Collegii Posnan. S. I.* pol. impressit, cum gratia & privilegio S. R. Majestatis, quod rarissime in libris tum in Polonia impressis videmus adjectum; id quod factum est ob causam antea commemoratam. [A. 1585. 4. excudit *Ioannis Pisani S. I. Responsonem ad Capita Epistola latine Jacobi Niemoievski, quam libello suo de Ecclesia Christi Catholica ad R. Stephanum præfixit.*] Annò 1593. in officina viduæ ejus ac hæredum libri imprimabantur.

JOANNES WOLRAB filius, ex cujus officina a. 1614. *Gregorii Czardzki Proceffus judiciarius Polonicus* in fol. polonice exiit. [A. 1611. prodierunt *Gratulationes in reditum Sigismundi III. de Moscorvia triumphantis* in 4. & 1629. eadem officina adhuc dedit *Matthia Pstroconii de recte gerendo Episcopatu monita domestica* 4.]

[Ex officina typographica MARTINI WOLRABI itidem filii, ut puto, Joannis senioris prodit *Stanislai Milodroski Oratio opposita cuidam Wirtebergensi Locusta, quæ Card. Bellarmino Cap. IX. Apoc. locustas Lutheranos exponenti obstrepere audet, ib. 1603.*]

JOANNES ROSSOWSKI, qui pariter impensis suis Typographiam Posnaniæ erectam tenuit. *A. 1620. Greg. Czardzki Paratitla Statuti Herburiani cum applicatione Constit. Novell. in usum fori controversi edita in 12. item a. 1622. Caspari Miaskovii, poetæ inter Polonos excellentis, poemata Polonica in 4. impressit. [A. 1623. 4. emanavit e typographia ejus ex interpretatione Pauli Kuszewicz in lingua Polon. Lus Culmensi.]* Deinde Varsoviæ sedem suam videtur transtulisse, ut infra commemorabimus.

ALBERTVS REGVLVS æque ac ille sua usus est officina Typographica, ex qua etiam a. 1650. in lucem editi sunt libri. 1653. jam ex officina Viduæ & hæredum prodierunt, quæ adhuc a. 1675. floruit; at a. 1677. filius, qui se

ALBERTVM REGVLVM MLODVIEWICZ appellabat, typis exscripsit libros.

Typographia Rev. D. ALBERTI LAKTANSKI, Decani Foranei, floruit a. 1680. 1688. & sequentibus.

JVDÆORVM typographia seculo XVI. videtur initium suum cepisse, ex qua adhuc anno 1604. R. *Mardochai Sepher Lewusch in fol.* prodit.

ACADEMIÆ POSN. Collegii Lubransiani Typographia Seculo XVII. florere cœpit æque ac illa

COLLEGIJ SOCIETATIS JESV, quæ est Typographia regia, typisque elegantibus quotidie ornatior redditur. Novis privilegiis a Serenissimo Rege Augusto III. non ita pridem donata est, quorum hic est tenor: *Augustus III. D. G. Rex Pol. M. D. L. &c. Significamus presentibus literis nostris, quorum interest, universis & singulis. Cum e Typographia clari Collegii Posnan. Soc. Jesu plurimi libri in lucem prodierint, non minus eruditioni juventutis nobilissima Polonæ, quam propagandæ gloriæ divinæ & propugnandæ Ecclesiæ Rom. perquam idonei, nos rem literariam promoveri volentes & beneficiis nostris ornare, faciendum esse duximus, ut eandem Typographiam clari Collegii Posnan. Soc. Jesu (quem admodum Serenissimi Prædecessores nostri facere dignati sunt) inter nostras Typographias regias aggregaremus & adscriberemus presentibus literis nostris,*

nostris, in ordinemque aliarum Typographiarum nostrarum Cracovia, Vilnae, Gedani, alibi que constitutarum eandem adscisceremus, & iisdem omnibus & singulis juribus, libertatibus, privilegiis, prerogativis & immunitatibus, quibus ceteri Typographi de more & jure gaudent, donamus, aliisque omnibus Regni & Dominiorum nostrarum Typographis mandamus & inhibemus, ne libros in hac Typographia excusos per jurisdictionem ordinariam approbatos, absque consensu Autoris & Praefecti Typographiae pro tempore existentis, imprimere & reimprimere audeant, sub poena quingentorum aureorum Hungaricalium & omnium librorum confiscationis, quorum medietas fisco nostro, altera vero Collegio prae nominato tribuenda erit &c. Datum Varsaviae d. 30. Martii a. 1739. 1)

GRODISCVM.

Pol. Grodzisko, oppidum Majoris Poloniae in Palatinatu Posnaniensi, quod olim erat Joannis & Nicolai, Comitum ab Ostrorog. Floruit in eo schola & Ecclesia Evangelicorum, quorum etiam erat Typographia, in qua jam a. 1572. *Erasmi Gliczneri Comment. Polon. in Epist. Pauli ad Philemonem*, teste Wengerscio, 2) typis impressus est, nisi vitio typographi numerus sit mutatus, quod saepissime in hoc libro factum esse cognovi. Anno 1579.

MELCHIOR NERINGK Typographiam suam Posnania huc transtulit, ubi Polonicos cum primis impressit libros, ut *Jac. Niemojewii Spongiam adversus Hieronymum Powodowski pol. in 8. Erasmi Gliczneri odpor na odpowiedz Kwestyji niektorych in 4.* item *Ejusdem Chronicon vitae J. C. ex quatuor Evangelistis in 4. it. Ejusd. Chronicon Eutropii polonice translatum. 1581. 4.* Vbi vero a. 1581. Thorunii sedem suam fixerat, in qua civitate aliquot annos vixit, vitaque ibi defunctus est, officina nulla postea Grodisci erat. 3) *Thoruni a. 1581. impressit Nic. Niemojewii Replicam Dialysi supra commemoratae oppositam, contra S. J. Posnan. de Ecclesia Catholica Christi pol. in 8.* Idem typis excrispsit

1) v. *Jac. Cas. Rubinkowski Consulis Thor. Janina Posnan. 1739. 4.* edit. cui illud solet adjungi.

2) l. c. L. III. c. 14. p. 405.

3) v. *D. Petri Janichii Notitiam Bibl. Thorun. p. 126*

psit *Das alte Edelmische Recht a. 1584. in fol. ex vetustissimo libro anno 1394. manuscripto, quod cura Henrici Strobandii Præconsulis Thorun. exiit in lucem.*

NIESVIESIVM.

Pol. Nieświcz, urbs Ducum Radzivilliorum in Palatinatu Novogrodensi Ruffiæ Albæ, quæ a Nicolao Christophoro Radzivillio, sumtuosissimis monasteriis ac cumprimis Collegio Soc. Jes. splendidissime olim exornata erat. Hujus Principis Patre vitam adhuc agente, Reformati & Ecclesiam & scholam habuerunt. Floruit hic quoque Typographia ejusdem cœtus, in qua libros impressit

DANIEL LANCICIUS, qui antea Zaslavii erat Typographus. Anno 1578. seu 1579. impressit *Gregorii Pauli Antidotum contra articulos fidei novæ, a Sarnicio Varsaviæ exhibitos, in 4.* Istos a Sarnicio anno 1578. in Comitibus Varsaviensibus Evangelicis traditos puto; unde consequitur, vel eodem, vel sequenti anno editum esse huncce librum. Lancicius tandem Vilnam concessit, de cujus fati infra erit dicendi locus. Prius vero quam Lancicius Niesviesium venerat, in ea jam Typographia fuit. Nam a. 1562. *Catechesis vel doctrina Rufforum* prodierat in lucem. Qua de re Adrianus Patriarcha Moscov. ita scribit: *D. Martini Lutheri discipuli, postquam invenissent literas Slavico-Russicas pulchras & puras, & in linguam puram Slavicam transtulissent causas & explicationes fallacium illorum dogmatum, typis ediderunt in lucem venena plenos libellos, unum in quarto in urbe Nesvizina a. 1562. alterum breviorum & minorem Holmiæ anno 1628. &c. 4)* Ex quo apparet, istam Typographiam non a cœtu Græci ritus, sed ab Evangelicis jam tum fuisse constitutam.

RACOVIA.

Pol. Rakow, urbs Minoris Poloniæ in Palatinatu Sandomiriensi, nidus quondam Vnitariorum, quam Stanislaus Lubieniecus, 5) Gustavus Georgius Zeltnerus 6) & Samuel Fridericus Lauterbach

E 3

4) In præf. ad Confess. & Nic. Bergius de Statu Ecl. & Rel. Mosc. p. 32.

5) Hist. Ref. Pol. L. III. c. 12. p. 239.

6) Hist. Crypto-Socinismi Altd. Acad. arcana p. 297.

bach 1) fufius defcripferunt. Condita erat a. 1569. a Joanne Sieninio, poftea Palatino Podoliae, qui licet Reformatorum coetui addidus effer, tamen ea fuit in Vnitarios feu Socinianos indulgentia, ut illi praecipuam fuam fedem in ea figerent; a Jacobo vero Sieninio filio ejus, ad ipforum placita adducto, tantae acceffiones factae funt, ut Gymnafium longe lateque in Polonia celebratum conderet, quod Athenas Sarmaticas appellabant, & Typographiam fumptibus publicis fervandam curaret. Stanislaus Lubieniecicus quidem fvaftu Stanislai Lubieniecii avi fui fratris Sieninium impulsum effer adfirmat ad hanc fcholam & typographiam fundandam, quod a. 1602. factum effer memoriae prodit; 2) verum haec ita intelligi oportere arbitror, quod Sienienius eandem adauxerit & illuftriorem reddiderit, quae jam pridem nobilium virorum ac privatorum liberalitate flouriffet. Haec faecunda officina & obftetrices illae ingeniorum formulae, quemadmodum a Martino Ruaro 3) appellantur, multos faetus ac ingentem librorum multitudinem protulerunt, quos & typorum forma non omnino rudis & ftudium in iis emendandis collocatum faeis commendaret, nifi in Filium Dei ejusque doctrinam nobis traditam injuriofiffimi efferent. Ita vero manibus excuffi funt in Polonia, ut aut vix, aut nullo modo reperiri poffint, atque exteris in locis magno content pretio. Primus omnium, qui in hoc oppido operam fuam locavit in libros imprimendos, fuit

ALEXIUS RODECKI five Rodeccius, qui Pinczovia ftudiis operam dedit eo tempore, quo Petrus Statorius fcholae illius loci praefuit, a quo fe tum perversam illam doctrinam de Spiritu S. imbibiffe, Statorio perneganti in faciem dixit in fynodo Lancutenfi. 4) Lubieniecicus, primum Lifmanini opera ad veritatis cognitionem eum perveniffe, fcriptum reliquit. 5) Primo Cracovia typographus erat;

1) In Ariano-Socinifmo in Pol. p. 455.

2) l. cit. p. 240.

3) Epift. 83. Geni. I. ad Jof. Narantam p. 320. edit. Lipf.

4) v. Stan. Lubieniecicus l. cit. p. 213.

5) L. I. c. 5. p. 23.

erat; inde missus est a cœtu Cracoviensi cum Budzino & aliis ad Synodum Lancutensem a. 1567. habitam. 1) Multos libros, Socini inprimis quosdam, suppresso ejus nomine, Cracoviæ excudebat, teste Anonymo apud Sandium. 2) Neque dubium est, quin jam a. 1565. *Fausti Socini Explicationem initii Evangelii Joannis a Gregorio Paulo polonice conversam* impresserit, quam a Polonis, Beza & Zanchio, patruo ejus Lælio Socino perperam tribui ex Fausti Socini epistola ad Dudithium a. 1580. scripta apparet. Namque in ea diserte ait, eandem ante octodecim annos ex officina nostrâ prodiiisse, quod de Rodecciana intelligi oportere, vel ex eo cognosci potest, quod Faustus Socinus a. 1579. in Poloniam veniens, omnes suos libros in officina Rodeccii curavit imprimendos, ut modo commemoratum est. 3) Neque vero solum Socini, sed reliquorum etiam ejus assecutorum administrator fuit, qui opera, quæ illi procuderant, in lucem protulit. Hæc vero initio neque aperte neque tam audacter videtur divulgare potuisse; nam in plerisque libris ne locum quidem notavit, in quo ab eo libri typis impressi erant. In quibusdam modo Cracoviam, modo Racoviam adjecit; in hac enim urbe a. 1577. *Martini Czechovicii Novum Testamentum e Græco in Polonicum translatum cum annotati- onibus in 4.* excudisse docet Sandius; 4) at Anonymus apud eundem 5) ætate jam provecum Racoviam migrasse tradit: in illa vero adhuc a. 1588. *Nicolai Buccelle Stephani I. sanitatem, vitam medicam, agritudinem, mortem in 4.* impressit. Ex quo palam fit, utroque loco libris imprimendis operam suam navasse. In aliis libris Joannis Kizcætum Capitanei Samogitiæ & Incisoris M. D. L. qui Losci & Vilnæ in Lithuania typographias suas habuit, Typographum se vocat, ut patet ex libro, cui tit. *Joannis Nicomiorvii abrona przeciw niesprawiedliwemu obwinieniu &c.* 1583. 4. In quibusdam sub ficto nomine latere voluit; namque *Martini Czechovicii librum de Padobapristarum origine, typis THEOPHILI ADAMIDIS 1575. 4.* evalgatum ex ejus officina prodiiisse credo.

1) Lubieniecus p. 215.

2) De Typogr. Vnit. p. 201.

3) Sandius in Bibl. Antitr. p. 23.

4) p. 201.

5) De Typogr. Vnit.

credo. 1) Quanquam inficiandum non est, illud nomen plerisque aliis commune fuisse. Sandius observat, 2) *Fausi Socini librum de officio hominis Christiani in hodiernis istis de religione controversiis Irenopoli, typis Theophili Adamidis 1610.* excusum, Franeckeræ omnino exiisse in vulgus. Vidi quoque allegatum librum *Theophili Adamidis de Ecclesia & missione ministrorum in 4. Racovia* typis impressum. Quodsi eundem Rodeccio auctori tribuerem, non errasse mihi viderer, quod literis imbutum fuisse supra commemoravimus. His tamen artibus effugere non potuit periculum, in quod a. 1585. inciderat. Nam cum *Cracovia Jacobi Palaologi scriptum Fratrum Transylvanorum ad N.* recuderet, in carcerem coniectus est. Neque vero solum propter hunc librum, verum etiam propter alia ejusdem generis causam dicere illum oportuisse, refert Faustus Socinus apud Sandium. 3) Maxime vero in crimen vocatus est ob *librum Christiani Franckii contra Trinitatem*; quam ob rem auctor Polonia excedere coactus est. Pro Rodeccio verba fecit Stanislaus Tazycius de Luclawice, Eques Polonus, Socinianorum patronus, apud Stephanum Regem Poloniae. Quam orationem Sandius notavit 4) una cum responso Regis, quod d. 12. Sept. 1585. dederat Tazycio, ubi illud, si placet, lege. Quo facto, Rex captivum e vinculis liberari iussit. Sandius præterea ait, omnem suppellectilem typographicam tum amisisse; 5) nihilominus anno 1588. Cracoviæ libellum, quem supra notavimus & forte alios plures impressit. Fieri autem potuit, ut postea, relicta Cracovia, sedem fortunarum suarum ac domicilium Racoviæ collocarit. Anno 1595. ex ejusdem officina exiit, nulla loci facta mentione, *Fausi Socini de J. C. invocatione disput. &c.* quæ falso apud Sandium 6) typis Valentini Rodeccii prodierit commemoratur.

SEBASTIANVS STERNACKI sive Sternacius Cracoviæ primo Typographiam suam habuit, ubi a. 1603. *Sebastiani Acerni Poetæ Poloni elegantissimi librum*, cui tit. *Worek Iudaszw* in 4. impresserat.

[M.]

1) v. Sandius l. c. p. 50. Lubieniecus p. 192.

2) l. c. p. 74.

3) l. c. p. 59.

4) l. c. p. 82.

5) l. c. p. 87.

6) l. c. p. 69.

[*M. Salom. Neugebaueri Oratio de palestra literariae dignitate atque praestantia habita in Schola Koczkoviana, cum illius gubernationem susciperet, impressa est 1599. 4. per Sebastianum Sternack, quod Cracoviae factum esse colligo, cum ibidem 1603. subsisteret.*] Ducta Alexii Rodeccii unica filia in matrimonium, ejusdem Typographiam, quae forte Cracoviae erat, dotis loco accepit. Mortuo Rodeccio Racoviam domicilium suum transtulit; sub quo illa satis nota Typographia, quae Sternaciana vocari solet, coepit celebrari. Atque in hac infelices illi foetus Smalcii, Volkeli, Crellii, Moscorovii, Pisecii, Goslavii & reliquorum excusi sunt. *A. 1630. 10a. Volkeli de vera religione Lib. V. in 4. & [a. 1633. in 8. Ioach. Stegmanni Probe D. Besfacii Warnung vor der Pfortinianischen Lehre]* impressit.

PAVLVS STERNACIVS, filius Sebastiani, aliquot ante annis, quam hinc expulsi sunt Vnitarii, patre suo defuncto, Typographiae curam suscepit. Hujus aetate, minime vero Sebastiani Sternacii temporibus, quod Zeltnerus 1) adfirmat, factum est, ut decreto Judicii, tempore Comitiorum Varsoviensium, agitati, a. 1638. schola & Ecclesia ademta, omnisque Typographia sublata sit. Quae ejus rei causa fuerit, inter omnes constat: quodque ex Anonymi Epistola de vita ac morte Andreae Wilsowatii apud Sandium 2) cognosci potest. Cum vero haec gererentur, sub prelo tum Racoviae sudasse libellum, cui tit. *Tormentum throno Trinitatem deturbans*, Joannes Laetus Moravus autor est: 3) quamvis id negare videatur Schlichtingius, quemadmodum Zeltnerus 4) observavit. Jonas Schlichtingius *Notas in concionem Vechneri habitam Liffae anno 1639. de Capite I. Evangelii S. Joannis* ediderat & simulato loci & typographi nomine, *Racoviae 1644.* typis Sebastiani Sternacii, narrante Lauterbachio 5) impressum adjecerat. Minime vero existimandum, eodem anno hoc loco fuisse adhuc Typographiam. Hac re autem factum est, ut multo gravius in eum statueretur, cum in ipsum & ejus *Confessionem fidei Christianae.*

F

stiana.

1) l. c. p. 299. lit. d.

2) p. 233.

3) v. Compendium Histor. Leidæ 1643. edit.

4) l. c. p. 300. in not.

5) l. c. p. 340.

stiana, nomine Ecclesiarum, quæ in Polonia unum Deum &c. profitentur, anno 1642. ab illo editam, in Comitii Varfaviensibus a. 1646. sententia lata esset. 6)

VILNA.

Metropolis Lithuaniae; multorum olim, qui in religione diffidebant, receptaculum. Nam ne quid de fanis Judæorum & Mahometanorum dicam, cœtus Græcorum, Socinianorum, Reformatorum & Lutheranorum frequentiores hic erant. In his Reformatorum Schola & Ecclesia celebris fuit, qui fere omnium primi hoc loco videntur habuisse typographias suas, auctoritate ac sumtu principum virorum ac nobilium erectas & conservatas.

DANIEL LANCICIUS forte primus fuit, qui officinam typographicam huc advexerat. Is anno circiter 1580. Niefvisio in hanc urbem se recepit, quem Wengerscius Typographum Evangelicorum diserte appellat. 7) [*Anno 1580. 4. excudit Christoph. Varfivicii Panegyricum ad R. Stephanum.*] Sequenti vero anno magnam jacturam officinae suæ & librorum a se impressorum fecit, omnibus typis privatus: qua re ad incitas fere redactum esse Wengerscius memorie prodit. Mox vero Joannis Hlebovicii Castellani Minscensis, M. D. Lith. Supremi Thesaurarii liberalitate atque gratia suffultus, iterum libris imprimendis operam navavit. Hujus enim excellentis prudentia & doctrina viri sumtibus officina comparata est, cui Lancicium præfecerat, ita, ut omnis generis libros imprimendi ipsi copia facta sit. Ex quo intelligi potest, Catholicos tum temporis hoc loco non habuisse proprias Typographias. Ao. 1599. idem impreffit *Joannis Bieluski Lupieze martwe Skryptu Marcina Gratiana Ministra swiezo nazwanego proteſtacya, gdzie ſzczypie dysputacya wydana X. Marcina Smigleckiego D. Theol. S. J. gwoli Ministr. i tym ktorzy Ministra znac chcã pokazane in 4. it. eod. a. Andrea Iurgevicii librum: Qvinti Evangelii profesores antiquissimi, nobilissimi, Nullus, Nemo, qui in Ecclesia Mathematica, fugitiva, latitante, incognita & invisibili Protestantium usq. ad Lutherum, Zwinglium & Calvinum latuerunt, e tenebris eruti, Vilna ap. Dan. Lancicium.*

JACO-

6) v. Sandius l. c. p. 126. seqq.

7) l. c. l. II. c. 16. p. 202.

JACOBVS MARKOWICZ, Ducis Christophori Radzivilii Palatini Vilnensis Typographus, qui anno 1592. *Andr. Chrzastovii Psychotropiam impressit in 4.* item a. 1602. *Apologiam i. e. defensionem verae doctrinae & fidei antiquissima in 4.* Hic postea Zeymis libros excudit, ut infra commemorabo.

WASILY i. e. Basilius MALACHOWICZ, Typographus Melchioris Pietkiewiczii, Notarii Terrestris Vilnensis, qui a. 1598. excudit *Gregorii Zarnovicii clypeum albo Tarcz duchowna a slow Apostola Pawla S. I. Cor. VIII. urobiona i wzigta, za ktora dziecie się obrona nauki prawdzicznej i starozyrney o prawdziwym a wiecznym bostwie Pana naszego Iezusa Chrystusa, o iedyney jego a nierozdzielney istnosci i naturze z Oycem i z Duchem S. in 4.*

CHRISTOPHORVS WOLBRAMENSIS sive Wolbrameczyk, ex cujus Typographia *Andreae Iurgievicii Bellum qvinti Evangelii, in quo contra larvatam Harmoniam Genuensium & fueritum Consensum Sandomiriensem clarissime ostenditur, nullam esse apud Evangelicos nostri temporis fidei unitatem & certitudinem, 1594. 4. exiit in lucem. Quae editio non aequae obvia est, ac illa, quae Coloniae 1595. typis impressa fuit. Cui vero coetui addictus fuerit Wolbramentis, necdum liquido constat.*

[SALOMON SVLTZER, Typographus regius, vixit 1602. qui edidit *Censuram Livonicam, in qua continentur causae, ob quas Livones Carolum Sudermannie Ducem relinquere debent.*]

[LEO MAMONICZ, Typographus regius, vixit 1619. qui excudit *Statut W. X. Litewskiego in fol.*]

Typographiae SOCINIANORVM mentionem facit Anonymus apud Sandium, 8) cujus curam gessit

JOANNES KARTZANVS, sive ut ab Anonymo apud Sandium vocatur, Karcanus, qui antea Losci libris imprimendis operam dedit. Vilnae jam ab anno 1583. laborem suum in id impendit, atque anno 1611. adhuc superstes fuit. [Excudit 1584. 4. *Petri Liliae S. Th. D. & S. R. Majestati a sacris Responsonem ad cujusdam Nicolai Regii Germani*

epistolam, quæ Christi. Varsævici pro Christi fide & sede orationes reprehendit. A. 1586. 8. prodiit *Vilnae Antonii Possævini Soc. I. Moscovia* e typographia *Joannis Velicensis*, quem Kartzanum fuisse credo, cum in antecedenti scripto Liliæ se itidem Joan. Kartzanum Velicensem nominet.]

JOSEPHVS KARCANVS sine dubio filius erat Joannis Karcani. Id vero necdum satis patet, utrum eidem cœtui nomen suum addiderit. Ab a. 1612. varios libellos impresserat, quo & sequentibus annis *Valentini Bartozewski*, Poetæ non contemnendi, *Carmina varii generis Polonica* excudit. Anno 1620. *Samuelis Dambrowski oratio funebris, cui tit. O szczególnym skonaniu czlowieka Chrzciescianskiego dyskurs pogrzebny, na pogrzeb Szlachetnego mlodziencia P. Hieronyma Ryda z Poznania z pisma swiętego i Doktorow Koscielnych spisany, in 4to. ex ejus officina exiit.*

[Ibidem Typographiam habuit PETRVS BLASTIVS, e qua prodiit circa finem Seculi XVI. *Cæsaris Baroffii Mediolanensis I. V. D. Protonotarii Apost. & Francisci Simonetæ Nuntii Apost. in Polonia Secretarii Oratio in Triumpho Sigismundi III. e Moscovia post insignes victorias feliciter redeunti dicata. In eadem Typographia 1611. 4. excusæ Allocutiones III. ad Georgium, Januszium & Christophorum Radzivilos.] Quem ego eundem esse puto, qui Lubecæ postea libros impresserat & Petrus Blastus Kmita ab Anonymo apud Sandium 1) appellatur, ut infra suo loco dicam.*

Neque vero cœtui GRÆCI ritus suas hoc loco defuisse Typographias, docet le Long 2) & Nicolaus Bergius. 3) Ille enim recenset *Psalterium Rubenicum in 8. 1551. & Novum Testamentum ex lingua Græca in Rubeno-Slavonicam dialecto Moscovirica studio Monachorum s. Universitatis in Cænobio Adventus SS. & vivifici Sp. Fraternitatis Spiritualis Vilnensis religionis orthodoxæ græcæ cum Psalterio, 1623. in 8vo. Hic vero Catechismum s. doctrinam omnibus orthodoxis Christianis ad instructionem valde necessariam ex latina lingua in Russicam linguam noviter expressam, impressam Vilnæ a. a. uat. C. 1585. voluntate seu placito Seniorum.*

JV-

1) In Bibl. Ancitrin. p. 201.

2) Biblioth. S. T. l. p. 440.

3) De statu Eccl. & relig. Moscovit. p. 31.

JVDÆORVM Typographiam Seculo XVII. in hac urbe floruisse, indicat Gabriel Groddeckius, 4) ex qua liber *Lev Thor*, qui *R. Isaaci fil. R. Elikon Poshnienfis* dicitur esse, prodiit in lucem *in fol.* nulla anni facta mentione. Jo. Chr. Wolfius de Typographiis Judaicis agens, 5) urbem Vilnensem silentio plane præterit; neque de reliquis Poloniae oppidis, quibus Judæorum Typographiæ floruerint unquam, ita agit, ut harum rerum cupidis fieri satis posset. Nam præter Cracoviam & Solcoviam, nullam aliam commemorat; cum & Lublini & Poshnariæ insignes illorum fuisse officinas typographicas, ex iis, quæ supra diximus, cognosci potest.

ACADEMIÆ Societ. Jesu Typographia a Seculo XVI. ad hæc tempora fere sola in hac civitate perpetuo floret. [In academia Vilnensi Soc. Jesu 1596. excudit

CHRISTOPHORVS PATRO *Martini Smiglecki Tract. Polonicum de Numero & Contractibus Usurario, Societatis &c. 4. & anno eodem Ejudæm Zachariæ Prophetæ pro Christi divinitate testimonium adversus Socii cavillationes propugnatum.*]

OSTROGIUM.

Oppidum munitum cum arce ad Horinum fluvium in Volhinia, sedes Ducum Ostrogienfium, a cujus una parte Dermanum Russicum Monasterium pulcherrimum; ab altera Miedirzecium oppidum, 6) Constantini Ducis Ostrogia, Palatini Kiovia & Volhinia, sumtibus Typographia in hac urbe condita est, eo consilio, ut Biblia Russica lingua imprimerentur. Summo studio, magnisque impensis e locis quam longissime distitis Italia, Candia & Moscovia Codices antiquissimos Slavonicae versionis adferendos curavit. Qua in re maxime usus est opera Jeremiæ Patriarchæ Constantinopolitani, qui & optimum Bibliorum exemplar & interpretes Græcæ Slavonicæque lingvæ ac literarum peritos ad Constantinum miserat, qui Ostrogii ex

F 3

ver-

4) In Spicilegio aliquot librorum Anonymorum, qui lingua Rabb. impressi sunt, apud Vinc. Placcium in *Theatro Anonym.* p. 700.

5) In *Bibl. Hebr.* P. II. p. 941.

6) *Sim. Starovolscii Pol.* pag. 143.

versione LXX. interpretum græca novam translationem Russicam confecerant, collatis vetustissimis versionibus, quarum una præcipua a Magno Duce Russiæ, Joanne Wasilowitzio, e Moscovia missa fuit, eaque antiquissima Methodii ac Cyrilli versio esse existimatur. In imprimendis hisce utriusque fœderis libris operam suam posuit

Typographus JOANNES THEODORI filius ex magna Russia, qui illos anno 1581. in lucem publicam conspectumque hominum protulit. Opus rarissimum, in quo describendo egregia non ita pridem extitit opera Joannis Petri Kohlii, ad quem lectores nostros delegamus. 7)

LEOPOLIS.

Pol. Lwow, germanice *Reusch-Lemberg*/ Russiæ Rubræ civitas, quæ æque ac omnis Russia permultos præclari ingenii ac doctrinæ viros semper fovit & aluit. Typographia jam Sec. XVI. in hac urbe fuit. Typographorum nomina hæc sunt:

MATTHIAS BERNART, qui a. 1593. in 4. typis exscripsit *Vitas Annibalis Carthaginensis & Scipionis Africani a Plutarcho græce descriptas & a Jeremia Woynowski Vice-Capitaneæ Trembovelensi pol. conversas.*

[PAVLVS ZELAZO excudit 1600. in 4. Ioannis Demetrii Solikowski Archiepiscopi Leopoli. paternam & amicam Parænesin ad Livones Samoscii eodem anno latine editam, in sermonem polonicum translata.]

[JOANNES SZELIGA, Archiepiscopi Leopoliensis Typographus, impressit a. 1629. 4. Casparis Twardowski Carmen Pol. sub tit. *By Gustawa, kto dobry.* A. 1630. in fol. Alberti Madalinski Inwentarz Konstytucy Koronnych od roku 1550 az 1628. A. 1632. 4. Orichovii Tr. sub tit. *Fidelis subditus.*] Fuit is primo Cracoviæ, deinde Dobromili, ac postea Jaroslaviæ Typographus: inde Leopolim venit, ibidemq; diem obiit supremum. Non est dubium, quin plures in hac urbe Typographi olim fuerint; quod Gymnasium urbis quondam ibi floruerit, cui doctissimi viri ex Acad. Crac. huc acciti præfuerunt. Non memini me usquam legisse, quod Judæi officinam suam typograph. hic haberint; cum tamen & Doctoribus & duabus Synagogis semper floruit.

7) Ia Introd. in Hist. & rem liter. Savorum p. 21. & inpr. p. 187. sq.

COLLEGIUM Soc. Jesu Typographia forte seculo XVII. efflorescere cœpit, atque nostra ætate floret. Ex qua *Cass. Niesiecki a. 1728. Tomus I. & a. 1738. Tom. II. Insignium Nobilitatis Poloniae & M. Ducat. Lithuanie sub tit. Koronna Polska* prodierunt. [*Ad. 1646. in fol. exiit Literaria Hospitalitas Mercurii & Apollinis Vladislao IV. & c. a Collegio Societatis Jesu dicata, Typis Collegii Societatis Jesu apud SEBASTIANVM NOWOGORSKI, Illustrissimi & Reverendissimi Archiepiscopi Typographum.*]

LVBECA.

Pol. Lubiecz, oppidum Lithuanie ad fluvium Chronum, Niemen vulgo dictum. Sociniani Typographiam suam hoc loco habuerunt, quæ condita est, cum adhuc Joannes Kiszka, Castellanus Vilmensis, vitam ageret, qui anno circiter 1592. diem obiit supremum, in cujus ditione tum erat iste locus, teste Anonymo apud Sandium. 1) Primus Typographus hoc loco erat

PETRVS BLASTVS KMITA, qui, ducta in matrimonium Joannis Karcani Typographi Vilmensis filia, typos forte dotis loco acceperat, ac primo Vilnæ, ut supra commemoratum est, libris imprimendis navavit operam, deinde sedem suam Lubecæ fixit. Libri, quos hic impressit, non ubique obvii sunt. Ex his mihi tantum innotuerunt *Salomonis Ryfynii* Russi, qui a Caspare Scioppio 2) *Pantherus* vocatur, summisque effertur laudibus ob excellens ingenium, *Proverbiorum Polonicorum Centuria decem & octo Lubecæ ad Chronum in officina Petri Blasti Kmitæ 1618. 4to.* quæ Gregorius Cnapius in Thefauri Polono-Latino-Græci Tomum III., quo adagia polonica complexus est, maximam partem transtulit; utut nomen Ryfynii silentio prætereat. 3)

JOANNES KMITA filius Petri Blasti Kmitæ, [ex cujus Typographia 1633. *diversæ Conciones Vilnæ ab Andrea Schænsis V. D. Ministro Aug. Conf. habitæ* prodierunt in 4.]

JO-

1) l. c. p. 201.

2) In arte Crit. Cap. de Crit. & Philol. vet. & recent.

3) v. Cnapii præf. l. c.

JOANNES LANGIVS, Lutheranus typographus, qui eo tempore ibidem hanc artem coluit, cum urbs in potestatem Janusii Ducis Radzivillii, Palatini Vilnensis, summi Exercituum M. D. L. Imperatoris venit. Sociniani perpetuo sibi hanc officinam vindicant. Anonymus supra memoratus apud Sandium 4) ait, eam diutius, quam Racoviensem durasse, & hac jam disturbata, *Responsionem ad Meisneri libros* in illa completam & cum *Schlichtingii præfatione* ibidem excusam fuisse. Eandem suam esse contendunt Reformati, ut Wengerfcus 5) testatur; quod ideo factum esse puto, quia postea hoc oppidum Duci Radzivilio, qui Reformatorum cœtui addictus fuit, parebat. Quare Langius in libro 1653. a se impresso, cui tit. *Matthiæ Gloscovii Zegarek abo pamiatka gorzkicy męki i smierci zbawiciela naszego Iezusa Pana 24. godzin rozdzielona in 4to.* vocatur Typographus Illustrissimi Ducis. Idem præfixit *Elogium Catharinae, Ioannis Ottenbauff Centurionis Regis Polon. filiae*, quæ hunc librum recudendum curavit, arque ipsa Annæ Mariæ Janusii Radzivillii, Ducis Birsæ &c. Capitanei Samogitiæ & summi Exercituum M. D. L. Imperatoris filiae dicavit. Anno 1655. vel 1656. dispersit tota Typographia, cum pestifera lues longe lateque in Lithuania serperet & omnis fere regio ab invadentibus Moschis gravissime divexaretur. [Anno 1644. in 4. ibi excusâ est *Agenda Polonica pro Ecclesiis Evangelicis*, non addito nomine Typographi.]

LASZCZOVIA.

Oppidum in Belzensi Satrapia, Palatinatui Volhiniæ & Lublinski vicina. A Wengerfcio vocatur etiam Laszovia. Reformatorum cœtus in eo quondam floruit, nec non Typographia, quæ sec. XVI. hic condita esse videtur. Pauci admodum sunt libri, qui ex hac officina in vulgus exierunt. *Jacobi Biskupski Consenioris Reformat. in Districtu Novograd. Rachunek summaryusza prawdy Katolickicy w przedmniejszych arrykulach, ktore ma Kosciol S. Katolicki z terazniejszyemi Kacerstwami w Laszczowie 1619. 4.* prodiit in lucem. 6)

CAPVT

4) l. c. p. 202.

5) Hist. Slav. Prov. L. l. c. 16. p. 150.

6) v. Wengerfcus l. c. p. 139. & 443.

CAPVT III.

DE TYPOGRAPHIIS SEC. XVII. ET XVIII.

Quam in colendis literis industriam Poloni superiori Seculo posuerunt; eandem tanto studio ac contentione his temporibus persecuti sunt, ut hæc ætas magna doctorum virorum proventum tulerit. Prima vero Seculi XVII. pars feracior videtur fuisse, quam posterior ejusdem ætas. Studium artis Poeticæ & eloquentiæ magis colebatur; sed dispari admodum opera. Non omnes enim illud elegans & tersum latine scribendi genus Georgii Ossolinii, Ducis in Tenczin, Supremi Regni Cancellarii, assecuti sunt: pauci ea, qua Matthias Casimirus Sarbievius reliquos omnes antecedebar, arte texendi carmina Lyrica excelluerunt. Nativi fermonis cultura multo major; nec tamen pari omnium studio. Frequentior ad exterarum gentes, doctrina ac studiis præstantes, aditus, scientia & exemplis plerosque egregie auxit. Plurimi vero magis usu & exercitatione, quam literarum studiis edocti sunt. Præclari tamen ingenii foetus in omni doctrinarum genere prolati sunt, quibus recensendis non sufficit hæc exigua pagella, cum aliunde constare possint. Quorum maxima pars in Poloniæ Typographiis excusa; reliqua eaque optimæ notæ exteris in locis impressa sunt. Quæ superiori Seculo constitutæ erant officinæ, non perdurarunt omnes ad hæc tempora: quas ubi supra recensuimus, superest, ut illis eas adjiciamus, quæ Sec. XVII. & XVIII. conditæ sunt. Ad hæc tempora quasdam retuli, quarum initia valde obscura sunt.

ZEYMÆ.

Polon. Zemy, locus ignobilis Samogitiæ in finibus Palatinatus Vilenensis. Typographia, quæ videtur fuisse Reformatorum, per breve tempus hoc loco floruit: in qua laborem suum impendit libris imprimendis

JACOBVS MARKOWICZ, qui anno 1603. f. 1604. Vilna huc concesserat. Nam a. 1605. impressit *Pauli Gilovii wyklad Katechizmu Kosciola. Chrzescianskiego z pism swietych in 4.* eodemque anno Ejus-

dem Odprawa przeciwko iadowitym Marcina potwarzom Czechowica, ktore wypuscil na wyklad Katechizmu in 4.

PANIOVICIÆ.

Polonice in ipsis libris hoc loco impressis vocatur Senapaniowce. Oppidum Podoliæ, in quo Scholam & Typographiam Reformati habuerunt, eo cum primis tempore, cum esset in potestate Joannis Potocii, Palatini Braslaviensis, & Andreæ Potocii, Castellani Camenecensis, fratris illius. 1) Typographus hujus loci fuit

BASILIVS MALACHIOWICZ, qui primum Vilmæ libros impresserat. Hinc postea discessit, ac libris imprimendis Paniovicibus operam suam navavit. Joannis Zygrovii libros plerosque ab anno 1608 - 1611. lingua Polonica excudit, quorum titulos latine exscriptos dabit Wengerfcus. 2)

CALISSIVM.

Pol. Kalisz, urbs Majoris Pol. omnium antiquissima, si Ptolomæo fides habenda, 3) quam ab eo indicari Dlugossus & Sarnicius putant. 4) Stanislaï Carnicovii Archiepiscopi Gnesnensis munificentia sumptuosissimum S. J. Collegium in hac urbe conditum est, quo nullum in Polonia vel structura magnificentius vel doctorum discipulorumque grege numerosius se inaudivisse ætate sua, Ruarus memoriæ prodit. 5) Typographia ejusdem Collegii ab ineunte fere Seculo XVII. ad nostram ætatem maxime floret; nisi quis ejus incunabula ad Sec. XVI. referenda esse contendat. Necdum vero librum hoc antiquiorem, quem a. 1606. Simon Wyszocki polonice translatus, nimirum Hieronymum Platun de bono statu religiosi 4. ediderat, me unquam vidisse fateor, qui ex hac officina in lucem prodissæt. Insigne, quo utitur, est agnus, ad conservandam conditoris sui memoriam, qui eundem in gentilitiis suis insignibus refert. Charta ac typi literarum non inellegantes, præcipue in iis libris, qui Seculo XVII. ex hac officina exierunt.

1) Wengerfcus l. c. p. 137. 139.

2) l. c. p. 441.

3) Geograph. L. I. c. 11.

4) In Descript. Pol. p. 1893. edit. Lips. & Dlugossi Hist. Pol. L. I. p. 42.

5) Epist. Cent. II. ep. 17.

ierunt. [Anno 1619, in 4. in Typographia ALBERTI GEDELI, Typographi Archiepiscopalis Gnesnensis excusum est scriptum Pol. sub titulo: *o Exorbytanycach Stanu duchownego, ktore w tym wieku niektorzy Ich. Mosc. PP. Swietecy Stanowi duchownemu zadaia.*] Idem Caroli Malapertii Miscellanea 1615. 4. excudit.

DOBROMILVM.

Sive Dobromilia, pol. Dobromil, urbs Districtus Premisliensis in Russia Rubra, non longe a Premislia urbe distita. Felicis Herburti Joannis filii, ab hoc loco Dobromilski dicti, locus hæreditarius, qui cum & eruditionis & eloquentiæ laude floreret, Typographiam hoc loco condidit, in qua libros verustate pene obritos, qui cum primis historiam patriam illustrare videbantur, excudendos curavit. Cracovia, huic accersivit.

JOANNEM SZELIGAM Typographum, qui *ao. 1611. Stanislaï Orichovii Annales in 8. Vinc. Kadlubconis Hist. Pol. 1612. G. Joa. Dlugossii Hist. Pol. minime vero integram 1615. fol. typis impressit. Quanquam vero non adeo emendate videntur esse excusi, quibus edendis ipse Felix Herburtus, operam suam impenderat & præfationes, epistolasque dedicatorias præmiserat; tamen posteriores eo nomine maxime commendari solent, quod rarius in conspectum hominum veniant. De vita ac fati hujus eruditi viri Felicis Herburti Stanislaus Lubieniski, 6) & Simon Starovolscius conferri possunt. 7) Szeliga deinceps Dobromilo Jaroslaviam Typographiam suam transtulit.*

OSMIANA.

Seu Osmianæ, oppidum Lithuanicæ in Ralatinatu Vilnensi, ad Osmianam fluvium situm, Typographiam Reformatorum hoc loco fuisse, patet ex Wengerscio, 8) cum oppidum sub potestate Christophori Monvidi Dorohostajcii, Mareschalli M. D. L. esset. Pastor hujus loci Albertus Salinarius Catechismi Racoviensis refutationem hic scripsit & edidit sub tit. *Censura, albo rozsadku na Konfessya ludzi rzyck.*

G 2

kro-

6) De ortu, vita & morte Matthiæ Pstrokonski in Opp. p. 211.

7) In Elog. Centum Scripti. p. 43.

8) l. c. p. 150.

ktorzy pospolitym nazwiskiem rzeczeni bywają *Arriany*, a w rzeczy samej są Socinistami Księgi IV. w Osmianie 1615. 4.

JAROSLAVIA.

Vrbs Russiae Rubrae in Districtu Premisliensi ad Sanum fluvium, atque emporium nundinis longe lateque celeberrimum. Collegium S. J. pro studiosa juventute Sophia, Kostkae Palatini Sendomiriensis conjux, & filia Anna, Ostrogiae Ducis & Palatini Volhiniae conjux, hic condiderunt. 1) Typographus hoc loco erat

[JOANNES SZELIGA, qui Dobromilo huc concesserat, in cujus officina 1622. 4. excusa est: *Iana Boianowskiego Naumachia Chocimska do Mikolaja Siemawskiego Krayczego Koronnego przeciwko Turkom w Wlofzech.*] Prodiit etiam hoc loco a. 1623. sine mentione Typographi, *Iacobi Sliwski Plebani Grodzicensis Defensio Spiritualis Plebanorum ratione agrariarum in 4.* item *Węgrzynkowica summarysz przykladnych dzieciow i osob swiętobliwych.*

BARANOVIA.

Pol. Baranow, arx Minoris Poloniae in Palatinatu Sendomiriensi, quam Starovolscius aetate sua elegantissimam fuisse, scriptum reliquit. 2) Hospitium cœtus Reformatorem quondam fuit, ubi anno 1604. Synodus habita erat, in qua decretum, ut versionem Bibliorum polonicam a Martino Janicio confectam, Daniel Micolaievius & Joannes Turnovius lima persequerentur. 3) Nescio vero, qui factum, ut opus non perfectum, neque absolutum sit. Idem Typographiam hic habuerunt, 4) in qua *Consensus Sendomiriensis utraque lingua Pol. & latina a. 1628.* typis commissus [in Typographia ANDREÆ PETRICOVII,] idemque 1632. recusus est. Floruit adhuc a. 1648. quo *Christophori Pandlovii columba olivifera, to jest, o uspokojeniu sumnienia przestroga in 4.* in lucem edita est.

VAR.

1) vid. Joannes Argentus de rebus Societatis Jesu in regno Poloniae cap. ult.

2) Polon. p. 91.

3) D. E. Jablonski Hist. Conf. Send. p. 122.

4) v. Wengercius l. c. p. 139.

VARSAVIA.

Masovia urbs, nobilis in primis & sede Regum Pol. & Comitum Regni. Jam Seculo XVI. hoc loco Typographiam extitisse patet ex *Exemplis literarum a Ser. Stephano R. P. Civitati Gedanensi datarum Marienburgi 16. Dec. 1577. post receptionem in gratiam, unicum iurejurando ejusdem 4. 1578. Varaviae editis.* 5) Item *Casp. Niesiecki Io. Kochanovii Oden de expugnatione Polociae, Varaviae 1580. 4. impressam ait.* 6) Ab eo tempore nulla amplius erat officina typographica in hac urbe. Sequenti demum seculo egregiae officinae hoc in loco erectae sunt.

[JOANNES ROSSOWSKI jam a. 1625. in 4. excudit *Concionem funebrem Bartholomaeo Novodvorskio Komend. Pozn. z Kawaleryi Maltraskiey sermone Pol. habitam a Fabiano Birkowskio Ord. Praedicator. & Concionat. Aul. Vladislai Sigism. Principis.*] Ex eadem officina videtur prodierit *Adami Zydowski Potioritas & nonnullae disputationes juris in 4. A. 1632.* excudit alteram editionem libri, cui tit. *Alberti Madalinski Inwentarz Konstituciy Koronnych od roku Panskiego 1550. az do roku 1632. uchwalonych in fol.* Rossowski primo Posnaniae libros impresserat, ut supra dictum est. [Apud ejusdem viduam 1634. 4. impressa est *Synodus Diocesisana Vladislaviensis a Matth. Lubinski Episc. Vlad. habita.*]

JOANNES TRELPIŃSKI, Typographus regius [excudit 1649 in fol. *Thome Dresneri Proces sadowny & Adami Zydowski Potioritatem & nonnullas disputationes juris in 4. anno eod.*] A. 1647. *Theod. Zawacki Processum Regni Pol. in 4.*

PETRVS ELERTVS, Typographus regius, cujus typographia vel eo nomine maxime celebris fuit, quod esset officina Reipublicae, in qua libri, qui ad rem publicam in primis pertinebant, illius typis imprimebantur. Hoc patet ex privilegio, quod a Rege Vladislao IV. a. 1643. obtinuit Elertus: *De consilio Consiliariorum nostrorum Civitatem Varaviensem Regiae nostrae & Comitiorum Regni sedem, Typographiae prelo ornatae & instructae esse cupientes, in animum induximus, ut ibidem autoritate nostra officina Typographica erigatur &c.* Ideo Petro

G 3

Elerte

5) v. pl. Rev. Hoppe l. c. §. 23.

6) Korona Polska T. II. p. 549.

*Elerto de domo nostra regia bene merito, quo, usibus nostris Varſavia infer-
vire poſſit, Typographiam erigere & exercere in civitate, noſtra Varſavi-
enſi per hoc privilegium concedimus: & eundem in Typographum noſtrum
aſſumimus. 7) Neque vero ſolum hoc Privilegium, a Joanne Caſimiro
1663. confirmatum, verum etiam publica lege in Comitiiſ a. 1668.
declaratum eſt, Typographiam Elertovianam conductam eſſe a Republica
propter commodum publicorum negotiorum. 8) Quod etiam Joannes III.
dato ao. 1675. novo Privilegio non obſcure indicat: *Preſenti noſtro
Privilegio, Legibus & Conſederationibus Regni declaratur, Typographiam
Elertovianam a Republica aſſumtam eſſe. Quam ob rem ab ultima hujus
officinæ origine Conſtitutiones Regni, quæ peractis Comitiiſ typiſ
mandari ſolent, in eadem typographia, eaque fere ſola imprimi cœ-
ptæ ſunt. Hujus officinæ typi erant elegantes, omnemque in id
impendit operam Elertus, ut ne quidquam illorum nitori atque ele-
gantia deeſſet. Mortuo Elerto, diu floruit. A. 1655. jam ex offi-
cina viduæ & hæredum, ejus libri prodierunt in lucem; Nomen ta-
men ejus erat tam pervulgatum, ut longo poſt tempore Officina
Elertoviana celebraretur, cum jam in aliorum manus ac poteſtatem
perveniſſet; quemadmodum ex privilegiis mox commemorandis
apparebit.**

CAROLVS FERDINANDVS SCHREIBER, Typographus
Regius, qui Typographiam Elerti & privilegia omnia jure quodam
ſibi acquiſivit. Id quod luculenter declarat Diploma Joa. III. anno
1685. editum: *Nos &c. eandem Typographiam Elertovianam inſiſtendo legi
publicæ Conſederationis a. 1668. a Republica propter commodiorem publico-
rum negotiorum expeditionem ordinatam in Typographiam noſtram & Rei-
publicæ Theſaurique Regni & Magni Ducatus Lithuanie ſolam & unicam
perpetuis temporibus, quousque duraverit & permanserit, aſſumimus &
inſiſtimus. Dantes & concedentes eidem Carolo Schreiber illiusque ſucceſ-
ſoribus, vel præſentis juris acquiſitoribus plenariam facultatem imprimendi,*

ex.

-
- 7) Stanislaus Konarski in praef. Legum, Statutorum, Conſtit. & Pri-
vileg. R. P. & M. D. L. T. I. præfixa §. 12. edit. Varſ. 1732.
8) Conſtit. a. 1668. fol. 10.

*excudendi, dividendi Constitutiones Comitiorum, Confœderationum, Electio-
num Regni, quoties in publicum dabuntur Varſaviae, aut ubi Comitria cele-
brantur: Inwentarz Konſtitucyi &c. Summaryuſz i inne liſty ſkarbowe,
Statut Koromy i W. X. Lit. &c. Vt autem, præſenti privilegio aliſqve an-
tiguoribus jurbus Schreiber cum ſuis ſucceſſoribus ſecure gaudere poſſit,
mandamus & injungimus tam omnibus in univerſum Typographis, quam
aliis cujuſcunqve ſtatus & conditionis perſonis, ne ipſum in uſu privilegio-
rum per ſe vel ſubordinatas perſonas impedire, materias & libros ſuperius
expreſſos typis imprimere & dividere, aut in derogationem præſentis no-
ſtri privilegii in legumqve & Confœderationum Regni, quibus declaratur
Typographiam eandem a Republica aſſumptam & adſcitam eſſe, convulſio-
nem &c. in publicas materias, utpote do Konſtitucyi Koromych i W. X. L.
Summaryuſzow i innych liſtow z Kancellarii Korom. i ſkarbowey wiciodza-
cych typo mandandas ſe ingerere quisquam audeat, ſub pœna mille aureorum
Hungaricalium ſingulis vicibus pro ſingula contraventione de integro ſuc-
cumbenda & irremiſſibiliter luenda conſiſcationisqve omnium exemplarium
& librorum per medium parti læſe & Fiſco noſtro applicandorum decidimus
& determinamus. 9) Prius vero quam hoc privilegium acceperat
Schreiber, libris imprimendis jam pridem Varſaviæ operam navaffe
conſtat ex libellis nomine ejus notatis; ex quibus inſimul apparet,
titulo typographi regii prius non eſſe uſum, quam illud Privilegium
obtenuit. Qua ex re conjicere licet, multo ante propriam habuiſſe
officinam, ac poſtea Typographiam Elerti ſibi comparafſe præclaris
privilegiis jam ſtabilitam. Sic a. 1678. ex officina ejus libellos pro-
duiſſe reperimus. Vixit adhuc a. 1691. Non multo vero poſt videtur
vitam cum morte commutaſſe. Nam a. 1694. omnia poſt privilegia ac
jura Elertianæ & Schreiberianæ officinæ translata ſunt in*

COLLEGIUM PIARVM SCHOLARVM, quod Varſaviæ flo-
ret. Cum enim Patres iſtius Collegii novam Typographiam conſti-
tuiſſent, quæ nitore ac elegantia præſtiterat officinæ Schreiberianæ,
illis cum hæredibus conventum eſt de ea, ut ſuppelleſtilem omnem,
omniaque jura ac privilegia iis cederent. His impetratis Joannes III.
R.

R. Pol. idem jus acquisitum insigni privilegio a. 1694. confirmavit Nos &c. Dignitariorum & Consiliariorum nostrorum supplicationi annuentes præmissa privilegia, contractus, inscriptiones, transfusiones tam defuncto Petro Elerto, quam Carolo Schreiberō, ejus consorti & successoribus servientia præcensito Patri Rectori & toti Collegio Varsaviensi Scholarum Piarum officiose transfusa in omnibus præinsertis Privilegiorum, Constitutionum, Inscriptionum punctis &c. prout de verbo ad verbum in se continentur, approbamus & confirmamus &c. Item Augustus II. cum nobis nomine religioforum Patris Venceslai a S. Francisco Rectoris totiusque Collegii Vars. supplicatum sit, ut ipsis jura & privilegia super Typographiam Elertovianam antiquitus nuncupatam in auctionem provisionis Collegii eorum Varsav. a Sereniss. Ioanne III. Antecessore nostro donatam, per Sereniss. Vladisl. IV. & Ioannem Casimirum oblata & confirmata, etiam suprema nostra autoritate regia approbare dignaremur. Nos eidem supplicationi benigne annuentes &c. libentissime supra insertam donationem & privilegia Serenissimorum Antecessorum nostrorum in omnibus punctis, clausulis, nexibus, articulis, prout de verbo ad verbum in se continentur &c. autoritate nostra regia approbamus & confirmamus, & circa eandem Typographiam idem Collegium Vars. Scholarum Piarum æviterne conservamus & in regiam nostram Typographiam coopramus. 1) Hinc jure suo in hac officina imprimendos curarunt Leges, Statuta, Constitutiones, Privilegia Regni Pol. M. D. L. omniumque provinciarum annexarum a Comitibus Vislicia a. 1347. celebratis usque ad ultima Regni Comitia in Typographia S. R. M. & Reip. Collegii Varsaviensis Scholarum Piarum, in unum opus absolutissimum Collegii ejusdem opera, primum collectas & sumptibus publicis reimpressas, Quarum Tomus I. anno 1732. prodiit in lucem, quem reliqui secuti ac jam absoluti sunt.

COLLEGII REGII S. J. Typographia hoc Seculo XVIII. cœpit efflorescere.

LESNA.

Pol. Leszno, germ. *Polnisch Lisse*/ Poloniæ Majoris urbs in Palatinatu Posnaniensi, olim Leszcziniōrum Comitum, nunc vero Alexandri

1) Konarski l. c.

xandri, S. R. I. Comitis de Sulkowski: Fratrum Bohemorum per-
fugium ac receptaculum, qui & Ecclesiam & Scholam habent a. 1555.
conditam, & anno 1624. in Gymnasii formam redactam, quam tum
magnus Studioforum ex Bohemia confluentium numerus illustri-
orem reddiderat, quibuscum Joannes Amos Comenius huc venit,
Rector Gymnasii constitutus. Huic viro doctrina præclaro initia
Typographiæ hujus loci accepta referenda sunt, quam cum reliquis
itineris sui fociis ex Bohemia per fugis huc advexerat, insigni privi-
legio firmatam. Hujus officinæ Typographus fuit

DANIEL VETTER, qui plerosque Comenii libellos, ad ca-
ptum studiosæ juventutis accommodatos, typis impressit, lingua Bo-
hemica, Polonica, Latina & Germanica. [Impressit 1643. fol. *Panegyricum a Sebastiano Macro, Bogislao Com. de Leszno, Generali Maj. Pol. dicatum. A. 1649. fol. Carmen prolixum res gestas Vladislai IV. complectens in V. Puncta s. libros distinctum, titulum habens: Wladyslaw Krol Polski i Szwedzki, Autore Sam. Twardowski.*] Anno 1655. cum bello Svecico elegantissima urbs in cineres fere redacta est, omnis Typographia ita dissipata fuit, ut ab illo cœtu nunquam potuerit restaurari.

WIGANDVS FVNCKE illi æqualis, filius forte Joachimi Funckii, qui a. 1621. Glogoviæ Typographus fuit, privatam habuit typographiam, qui vero cœtui Lutheranorum diviniore addictus esse existimatur. Ille enim plerosque *sermones sacros Christophori Albini Diaconi Lesnensis, ac imprimis M. Melchioris Maronii Gurensis Silesii Pastoris Lesnensis orationem sacram, qua Dom. I. Adv. Templum Lutheranorum Lesnæ inaugurabatur, a. 1635. typis suis impressit. Anno 1653. Lesnæ adhuc fuit, quo Aaronis Blüwernitzii dissertationem Juridico-Politicam de Cosacis an satius sit ad finiendum bellum Poloniæ civile, rebelles Cosacos Marte persequi eosque funditus exstirpare, an vero arte & perpetuis inducis cum eisdem pacisci? rudi Minerva elaboratam & stylo oratoris diductam, in folio. Videtur autem is prius, quam gravissimam illam calamitatem urbs acceperat, officinam suam Steinaviam in Silesia transtulisse atque ex incendio ereptam tuto in loco collocasse. Nam a. 1662. & 1663. orationes quædam sacræ ex officina viduz Funcii*

Steinaviae in lucem prodierunt. Atque ab hac Fraustadiensis & Schlichtingheimensis videntur originem suam duxisse. Turbidis illis temporibus Typographus nullus in hac urbe confederat. Tandem anno 1669.

MICHAEL BVCK Stralsundia huc se contulit, qui typographiam privato aere comparatam habuit usque ad a. 1701. quo lue pestifera consumtus diem obiit supremum. Neque vero tantum Lutheranorum, verum etiam Reformatorum libros polonice, germanice & latine scriptos typis suis impresserat. Quo mortuo

FRIEDERICVS HELD, hanc artem ab illo edoctus, officinam ejus jure emtionis acquisivit. Vbi vero nova procella a. 1707. urbi impendebat, qua diro incendio universa civitas plane eversa est, eandem Tschirnam transportavit, ipse vero Wratislaviam se recepit; ubi adhuc in longe celeberrima Typographia Baumanniana in vivis esse ex literis cujusdam docti viri cognovi, cui omnia hæc, quæ de Lesnensibus Typographis comperta habeo, me debere profiteor. Coemit ab illo typos omnes

MICHAEL LAVRENTIVS PRESSER anno 1716. qui ad hæc tempora Lesnæ huic arti operam suam navat.

KIOVIA.

Vrbs amplissima, quæ olim ad Russiam Albam pertinebat, cum esset sub imperio Regum Poloniae. Quanquam vero deinde in potestatem Magnorum Ducum Russiæ, qui nunc sunt Imperatores, venerat; tamen hic non prætermittendam esse censui, quod in ea typographicae officinae florent, cum necdum a Polonia sejuncta esset. Nam a. 1635. Πατριχὸν, quod Nestor Ruthenorum Chronographus Slavonica lingua conscripserat, in quo Patrum, qui in Cryptis Kioviensibus conditi sunt, vitæ recensentur, a Sylvestro Koffovio Episcopo Rutheno-Mscislaviensi, Orszanensi & Mohiloviensi in compendium redactum ac in linguam Polonicam translatum prodiisse testatur Johannes Herbinius. 1) Idem liber lingua Slavonica 1661. Kioviæ typis Slavonicis impressus extat. Item *Collectio brevis doctrina de articulis fidei*

1) De religiosis Kioviensibus Cryptis c. 13. p. 138. & 63. p. 151

*fidei orthodoxæ Catholicæ Christianæ, ex scientia & doctrina Eccl. S. Orientalis Vniuersalis Apost. in illustrationem & doctrinam in scholis discipulis Christianis orthodoxis liberis ex dilucidatione & benedictione Religiosorum Seniorum primo quidem lingua Pol. nunc autem dialecto albo-Russica typis edita, in S. magno miraculifico monasterio Petschurjo Chiuuico, anno 1645. 2) Et a. 1646, d. 16. Dec. Manuse s. Rituale, quod est magnum Græcorum Euchologion, Petri Mogilæ cura translatum in S. Spiritus magno & miraculifico monasterio Lauræ Kioviæ editum esse, autor est Nicolaus Bergius. 3) Ad hanc libertatem singularis accessit facultas a Regibus Poloniæ, pactis Hadiacensibus a. 1659. initis, ipsis data, ut non solum Russi ritus Græci novam Academiam Kioviæ conderent, quæ privilegiis Academiæ Crac. uteretur, verum etiam typographias constituerent. 4) Multi libri deinde ibidem typis impressi sunt. In his, *Mir Sbogom Tscheloveku, i. e. Pax homini cum Deo vel penitentia pacificans cum Deo hominem, doctrina ex S. Scriptura & Patribus Ecclesiasticis desumpta, in S. Monasterio Chiewo-Cryptico typis efformata, licentia, benedictione & correctione honoratissimi in Christo Patrie Innocentii Ghiseliæ, divina gratia Archimandrite ejusdem S. domus, in fixatione Crucis Sanctissimi Vniuersalis Patriarchæ Constantinopolitani, a. mundi 7177. Christi autem 1669. II. Vol. fol. 5) Anno 1698. Canticum Ambrosii Te Deum laudamus, in linguam Slavonicam translatum prodidisse sub t. Confessio orthodoxæ fidei S. Ambrosii Episc. Mediolan. permissu Barlami Sheptizensis Archimandrite, in 12. Bergius memoriæ prodidit. 6)**

SLVCKVM.

Pol. Slucko, princeps quondam Ducatus Slucensis civitas in Lithuania, 7) quæ deinde in potestatem Ducum Radziviliorum venit. Reformati olim & Ecclesiam & Scholam admodum celebrem in hac urbe habuerunt: 8) in qua adhuc Lutheranorum floret Ecclesia.

H 2

Ty-

2) v. Bergius l. c. p. 26.

3) l. c. p. 112.

4) Mart. Boehmii Annot. MSS. ad Sim. Starovolscii Pol. & Constit. a. 1659. fol. 52.

5) Bergius l. c. p. 347.

6) p. 117.

7) Sarnicius in Descript. V. & N. Pol. p. 1918. T. II. J. Dlugosii Hist. Pol. Lips. 1712. edit.

8) v. Wengercius l. c. p. 149.

Typographiam hic Seculo XVII. fuisse apparet ex libris ibidem impressis. A. 1674. *siedm Psalmow spowiednych iednego Xiążęcia Luzytanskiego przez Marcina Kuczwarewicza wierszem polskim tłumaczone.* it. a. 1675. *Andrea Maximil. Fredro de militia Polona in 4.* it. a. 1678. *Rykota Monarchya Turecka fol.* in lucem exierunt.

FRAVSTADIVM.

Pol. Wschowa, urbs Majoris Pol. in finibus Silesiæ sita, quæ ad Posnaniensem Palatinatum pertinet. Fuit hic Typographia Lutheranorum, quam ex Silesia huc transtulerat

CHRISTOPHORVS WILDE Islebiensis. Supra jam memoratum est, Functii typographi Lesnensis viduam Steinaviæ in Silesia officinam suam habuisse, atque ibidem libros imprimendos curasse. Eodem fere tempore, a. 1664. Joannes Kuntze ibidem typographus erat, qui, ut videtur, a vidua istam typographiam jure emtionis sibi acquisivit. Defuncti Kuntzii viduam relictam Erasmus Rœfner in matrimonium duxit, atque Steinaviæ 1670. libris excudendis operam dedit. Hic Steinavia sedem fortunarum suarum Glogoviam transtulit: ubi adversa percussus fortuna in carcere mortuus est, magnaque Typographiæ pars in Glogoviensi incendio igni absumta, reliqua vero ejus pars a vidua in vicinam urbem, Rauden dictam, transportata. Hoc loco cum Rœfneri vidua Christophorus Wilde inivit matrimonium, atque Fraustadii in Polonia novam typographiam erexit. Cum vero hic fortuna offensus esset, Schlichtingsheimium se contulit, ibique domicilium suum fixit, ut mox dicemus.

SCHLICHTINGSHEIMIVM.

Oppidum Majoris Poloniæ in Palatinatu Posnaniensi, locus Baronum a Schlichting hæreditarius, non longe distans ab urbe Fraustadiensi. Hic, ut modo commemoratum est,

CHRISTOPHORVS WILDE, de quo nunc mentio facta est, primus Typographiam condiderat, cujus viduam relictam duxit uxorem

JOANNES GOTTFRIED HAASE, quo mortuo,

GOTTFRIED BOERNER omnem suppellectilem typographicam

cam exemit, atque tam nitidam reddidit, ut una omnium in Polonia typorum Germanicorum elegantia etiamnum maxime floreat. Proderunt etiam hoc loco typis latinis 1728. *Joa. Kamienski Statuta Fratrum Minorum Observantium S. P. N. Francisci almæ Provinciæ Maj. Pol. S. Mariæ Angelorum ex antiquis ordinationibus BB. PP. Ladislai de Gielnow & Raphaelis de Profzewice ac recentioribus constitutionibus generalibus & decretis Apostolicis compilata, in 4.*

SENDOMIRIA.

Urbs Minoris Poloniæ nobilis, quam Consensus ille Sendomiriensis inter Dissidentes olim initus illustriorem reddidit. Typographia, quæ in hac urbe etiam nunc floret, videtur esse alicujus Collegii. Multa enim hic sunt; in his quoque Collegium Societatis Jesu: atque Seminarium Babolianum, quod regnante Sigismundo III. R. P. conditum & Constitutione Regni a. 1685. approbatum est. 1) Cum vero de ipsa Typographia amplius nihil habeam, quod dicam, ad reliquas progredior.

CZENSTOCHOVIA.

Oppidulum Minoris Poloniæ in Palatinatu Cracoviensi Silesiæ conterminum; & Monasterium Ordinis S. Pauli Eremitæ semihoræ itinere ab illo distans in Claro monte situm, cui etiam illud dedit nomen, situque & natura loci egregie munitum, 2) In hoc Monasterio Typographia Seculo XVII. jam erat constituta. [Nam anno 1693. 4. excusa est *Bartholomæi Sotarevii Ord. S. Pauli primi Eremitæ Presbyteri Byssus & Purpura s. Vita & martyrium Stanislai Episc. Crac. & 1694. in 8. Augustini Kordecki Nova Gigantomachia contra Imaginem Deiparæ Virg. in monte Czenstoch. per Svecos & alios Hæreticos exuitata.*]

SOLCOVIA.

Pol. Zolkiew, oppidum Russiæ Rubræ in Palatinatu Leopoliensi, pulcherrimam habens arcem: 3) Joannis III, R. Pol. ejusque hæredum

H 3

1) v. *Joa. Argentus de rebus gestis Jes. in R. P. p. 390.*

2) *Stan. Kobierzycki obsidio Clari Montis Czenstochov. & Augustini Gordecki nova Gigantomachia.*

3) *Sim. Starovolfcii Pol. p. 117.*

dum hæreditarium, quod, extincto jam sexu virili in regno Poloniae, Dux Czartoryski, M. D. Lithuaniae Pro-Cancellarius pro suo jure nuperrime occupavit. Est in hac urbe Typographia Judaica, in qua foetus Judæorum librarii etiam nunc excuduntur, eaque sola fere esse videtur, quæ in Polonia floret. 4) Typographus Seculo superiori ibidem erat

VRI VEIBS, qui a. 1694. in fol. impressit libr. *Schevuoerb.* it. anno 1702. *Psalmos hebraice in 12.*

SVPRASLIVM.

Pol. Suprasl, est Monasterium, Suprasliense etiam dictum. Fr. de Witt in Tabulis Geographicis Regni Poloniae perperam illud vocat Suprahl, & ad Palatinatum Bielcensem pertinere putat; in quem errorem quoque inductus est Joannes Baptista Homann in Tabb. ex mente Starovolscii descriptis: in eo vero ab illo discedit, quod in Palatinatu Trocensi situm esse existimet. Illustrissimus vero Dux & S. R. I. Princeps, Nicolaus Chr. Radzivil, in descriptione sua M. D. Lithuaniae sumtibus Joannis Janssonii tabulae æneae incisa, docere eos poterat, verum nomen esse Suprasl. In medio itinere Grodnam versus, quæ spectat in septentrionem & Grodecum versus, quod vergit in meridiem, situm est. Starovolscius 5) Supraslum Russorum in fylvis ditissimum monasterium in Podlachia situm esse ait, in quo S. Basilii professi sub obedientia Ecclesiae Romanæ habitant; eoque maximum hominum concursum fieri, miraculis indies inclarescentibus. Ad hunc locum Martinus Bœhmus hæc addit: 6) *Aliis Suprassum dici Græcorum unitorum monasterium ditissimum.* Hujus ordinis Cœnobarum in Volhonia & Palatinatu Kiiovienfi magna multitudo est, qui tamen non omnes consentiunt cum Ecclesia Romana. In Suprasliensi Monasterio efflorescere cœpit hoc Seculo XVIII. Typographia, ex qua multi libri in lucem emittuntur.

CAPVT

4) v. Wolfii Bibl. Hebr. P. II, p. 956. it. 912. & 406. seq.

5) In Pol. p. 203.

6) In Annot. MSS. ad Starovolscii Poloniam.

CAPVT IV.

QVOD VARIAS OBSERVATIONES, AD REM
TYPOGRAPHICAM IN POLONIA PERTI-
NENTES, COMPLECTITVR.

Cum singulos Typographos, quos quidem in tanta harum rerum obscuritate conquirere poteram, persecutus sum, eo ordine, ut quemque ad illum locum, ubi Typographia floruit, pertinere existimabam; eos quoque non præmittendos esse statui, de quorum certa fede nihil adfirmare audeo. Atque his, una cum aliis observationibus, quæ historiam rei Typographicæ in Polonia præclare augent ac illustant, locus hic relinquendus est.

VALENTINI LAPCZYNSKI memoriam a Paprocio 7) video conservatam. Is natus erat in villa Strałkowo ad oppidum Radomskie in Russia Rubra sita, parentibus honestis. Ob artem vero, quam didicit & virtutem bellicam, qua longe ceteris antecelluit, gratia Joannis Zamoscii, Magni Regni Cancellarii & Exercituum Ducis, & Stephani I. Regis Poloniæ, unus omnium maxime floruit. Nam in aula magni illius herois diutius versabatur, a quo non solum in familiam suam adscitus, verum etiam jure nobilitatis ipsius opera ornatus est. Ad quam rem obtinendam magno ei adjumento fuit, quod non solum diligentiam Regi probavisset in arte typographica, cui a pueritia deditus erat, eique operam suam, cum Regis & Reipublicæ necessitas posceret, sedulo præstitisset; verum etiam in rebus strenue ac fortiter gerendis. Nam postea castra Regis ubique secutus est, virtutisque laude in bellis contra Gedanenses & Moschos ad Poloscum, Wielkolucum & Plefcoviam susceptis inter omnes maxime eminuit. Præclara ejus opera extitit ad Plefcoviam; qua re etiam Rex commotus, in ordinem Regni nobilium equitum, dato a. 1581. d. 20. Novemb. diplo-

7) Herby rycerstwa Polsk. p. 216.

diplomate, illum retulit, addito nobilitatis insigni, quod supra memoratus Zamoscus e gente Jelitarum, gesserat, eoque paululum immutato, nimirum *hastâ transversim posita, ea tamen fulvi coloris in cœlestino campo, supra scutum vero in clypei summitate galea aperta, in ea vero manus armata, strictum incurvum ensen seu framœam teneus, lennuscis hinc inde candidis & rubri coloris scuti ora ambientibus.* Verba sunt diplomatis.

Neque ANDREAS PIOTRKOWCZYK silentio prætereundus, qui ob divulgatum quendam librum cum adversa fortuna conflictatus est. Cum enim superiori seculo gravissimæ intercederent dissensiones inter Academiam Cracoviensem & ordinem S. J., qui sibi eandem, quam illi, libertatem esse docendi existimabat; accidit, ut a quodam colloquium Sacerdotis cum nobili viro institutum, sub titulo: *Gratis*, in lucem ederetur. Hoc Andreas Piotrkowczyk, nescio quo loco, excudit, atque Cracoviam advexit. Ea res ut est per indicium enuntiata, Typographus, amissis omnibus libri exemplis, captus, ex vinculis causam dicere cogebatur. Damnatam pœnam sequi oportebat, ut omnia exempla decreto regis cremarentur, ipse vero typographus publice virgis cæsus urbe pelleretur. 1) Non est hujus loci, de autore istius libelli quidquam commemorare, quem Joannem Broscium esse existimant Allegambe 2) & Vincentius Placcius, 3) quos, si placet, consule: cum his conferendus est Fridericus Szembek, qui simulato nomine, Josephus Pieknorzecki appellari maluit in libro, 4) quem contra commemoratum istum Anonymi librum scripserat. Hic non obscure tradit, illum librum ab Anonymo autore ad Andream quendam Ministrum verbi divini in pago, qui vocatur Wielkanoc,

1) Alberti Wengerscii Kronika zboru Ewangielickiego Krak. ad a. 1625. MSS. it. Unschuid. Nachr. 2. 1717. p. 52.

2) In Bibl. Script. S. J. p. 144.

3) In Theatro Pseudon. p. 507.

4) Gratis Plebanski gratis wycwiczony w Jezuickich szkolach w Poznaniu 1627. 4.

kanoc, & aliquot milliaribus Cracovia distat, missum esse, ut ibidem typis imprimeretur. Sed hæc videtur Anonymus ita finxisse, ut tutius lateret. Nunquam enim in illo pago Typographia erat.

ALEXANDER TVROBINCZYK forte ab oppido Turobino, quod non longe Zamoscio distat, in Chelmenfi terra Ruffiæ Rubræ sito, nomen suum habet. Hujus typographi mentionem facit Sandius, §) locum vero non commemorat, ubi librum imprefferit, quem ita notat: *Martini Czechovicii Rozsádek na wyklad Katechizmu Ksiedza Pawla Gilowskiego JMPanu Stanislawowi Tazzyckiemu z Luklawic uczynione: i. e. Judicium super Catechesi Pauli Gilovii Ministri ad D. Stanislaum Tasscium de Luclawice, scriptum anno 1580. 20. Jan. & sequenti 1581. anno impressum in 4.* (quod sine dubio ita emendari debet apud Sandium:) Hic liber pertinet ad illos, quos Cap. III. sub voce: Zeymæ, adnotavi. Ipse Turobinczyk ex cœtu Socinianorum videtur fuisse.

Judæorum res, quod ad typographicam artem adinet, olim multo florentiores fuisse, ex iis, quæ supra dicta sunt, facile intelligi potest. Nunc vero ita conversæ sunt, ut nisi Solcoviæ, nullo præterea loco Typographiam propriam habeant. Magna tamen semper erat autoritas Doctorum seu Magistrorum hujusce gentis in Polonia, quam non solum in rebus civilibus, verum etiam in iis, quæ ad istius gentis ritus & doctrinam pertinere videntur, tenebant, atque adeo, ut ea in externos quoque uterentur, quos, requirentibus aliis Synagogis, excommunicare solebant. Joannes Bartholdus Niemeier dabit talem excommunicationis formulam a Rabbinis Polonis scriptam & latine conversam. 6) Hujus vero rei causa Lublinum tanquam ad summi judicii locum confluebant. Horum quoque judicio libri, qui in lucem proferendi essent, subijciebantur: iidemque facultatem imprimendi & mandatum, ne alii lucri causa eandem potestatem sibi arrogarent, da-

I

bant;

§) l. c. p. 51.

6) In Tract. Theol. de disciplina Ecclesiastica p. 63.

bant; quod tamen jure a Regibus & Principibus solet concedi. Quanquam id etiam a Joanne III. Rege Poloniae semel esse factum reperimus, cum anno 1679. Amstelodami Hebraea Biblia in Germanicam linguam a R. Jekuthiel fil. Isaaci Blitz conversa in fol. imprimerentur, cujus diploma ibidem praefixum legitur. Operae pretium fore existimo, ejusmodi formulam hic proferre, quam latine translatae olim Christianus Theophilus Vngerus apud Silesios in Ducatu Wolawienfi Pastor Hernlaurschitzenfis & Ritzenensis, vir in literis Rabbincis egregie versatus, prelo destinaverat, Bibliothecam Rabbincam e Joanne Buxtorffio, Julio Bartoloccio & R. Sabathæo in compendium contractam cum novis accessionibus & observationibus adornaturus, nisi pares conatus Joannis Christophori Wolffii ab incepto eum revocassent; cum jam vitas & scripta Rabbincorum, quorum nomina primam tantum literam Alphabeti in MSto referunt, absolvisset. In his quoque R. Eliæ fil. R. Kalonymi patria Lublinensis, qui adhuc anno 1693. in vivis erat, mentionem facit, (quem Wolffius in Bibliotheca Hebraica silentio praeteriit) atque ejus Commentarium allegoricum in Pentateuchum, cui tit. *Pallium Eliæ Francofurti ad Viadrum anno supputationis minoris 453. Christi 1693. typis Becmannianis apud Michaellem Godschalkium in 4. editum*, recenset: censuram praeterea huic libro praemissam latine ita reddit:

Censura & Decretum anathematis Magistrorum, qui sunt columnæ mundi, proceres terræ, lumina magna, doctores justitiæ, praestantissimi sedentes in tribunalibus provinciarum Polonicarum, custodiat eos rupes eorum, de impressione libri vocati: PALLIUM ELIÆ.

Vidimus & perspeximus redundantem magnam gloriam & utilitatem proveniente e libro dicto, PALLIUM ELIÆ, quem scripsit vir celebris, Doctor & Magister noster clarus R. Elias filius clarissimi R. Kalonymi. Notum autem est & in proposito, quod huic incumbat studio divinae legis die & nocte, neque

neque cesset es ejus unquam a lectione, exercitatum in omnibus legis partibus. Quo factum, ut ad concinnandas ejus explicationes novas constanter animum applicuerit allegoriis profundis & concionibus abstrusis atque effatis vetustis, omnibus quidem sic desiderabilibus, ac si in monte Sinai cum ipso Dei verbo scripta & promulgata fuissent, quemadmodum oculi cujuslibet probe videbunt. Posteaquam vero cognovimus hujus operi conjunctum ejus votum laudabile, librum modo dictum in lucem proferendi & prelo subjectum mercandi, quo bene de multis mereatur; decrevimus unanimi consensu, ut liber iste typis exscribatur & propter debitum sanctitatis & propter excellentiam & utilitatem libri. Ne forte veniat alter, qui terminos magistri scriptoris hujus libri invadat & audeat imprimere librum denuo sine illius indultu; sancitum fecimus virtute anathematis nostri presentis, quod comprehendit anathemata separationis, devotionis & desolationis, denunciatione Magistrorum facta, unacum omnibus maledictionibus & execrationibus lata lege scriptis, ne quisquam audeat denuo prelo subjicere sine indultu Magistri autoris sive ipse, sive per alium, sive inter populum nostrum, sive inter alienigenas, sive hic, sive in alio loco, intra decem annos a die, quo libri impressio, Deo volente, fuerit absoluta. Quoniam æquum est, ut hic accipiat mercedem (secundum proverbium) qui ficum custodit, vescatur fructibus ejus. Qui vero susque deque habuerit Decretum nostrum, ejus sanguis sit in capite ipsius & nos erimus innocentes. Ita sententia nostra, qui hodie congregati sumus in Tribunali, hic in congregatione sancta Lublinensi, tempore mercaturæ Gromniz 7) die 5. septimanae 27.

- 7) Gromnitz est vox Polonica, quam latine non reddidit Vngerus: indicat Festum Purificationis Mariæ Virginis, germanice Licht-Messe/ Pol. Święto Panny Maryi Gromniczyey. Gromniczny idem est, quod tonitrualis seu tonitrua edens; atque ab eo forte nomen

Mensis Siv sive Afar (ut in praesentia loquuntur) 438. (Christi 1678.) supputationis minoris.

Quod ad typographias Christianorum adinet, ex supra commemoratis apparet, plerasque Seculo XVI. liberalitate principum virorum constitutas & conservatas fuisse; neque paucas proprio ære a privatis erectas. Seculo XVII. mira rerum omnium conversio facta est, ita, ut perpauca in potestate principum virorum essent, quæ tandem plane interciderunt; nec ulla jam hac ætate reperitur, quæ ad illos pertineat. Neque privatarum typographiarum magna multitudo fuit, quas forte etiam nunc nullibi locorum, nisi Cracoviæ, atque iis in oppidis, quæ mox commemorabo, repertu faciles esse existimes. Pleræque omnes in Collegiis Societatis Jesu, Academiis & Monasteriis jam multis abhinc annis florent. Neque id inficiandum, Sec. XVI. & chartam & typos librorum multo præstitisse iis, qui posterioribus temporibus impressi sunt: multumque studii in libris emendate excudendis typographos posuisse; qua in re sequioris ætatis magna oscitantia est. Nostra vero ætate jam multo nitidius & elegantius imprimuntur libri, qui ex Typographia Collegii Piarum Scholarum Varfaviensis & Collegii Societatis Jesu Pofnaniensis prodeunt in lucem: neque ceteris suæ veneres. deesse videntur, quæ incrementis suis indes magis magisque augentur.

In edendis vero & imprimendis libris hæc instituta tenent, ut typis prius non mandentur, quam ab Episcopo loci ordinario facultatem imprimendi adepti sint. Speciatim vero in singulis ordinibus quidam constituti sunt, a quibus illa facultas ei expetenda est, qui ex eodem ordine librum typis mandare animum induxerit. In Collegiis Societatis Jesu facultas a Præposito Provinciæ Generali datur.

nomen ducit apud Polonos, quod illo festo die candela magna copia lustrandi causa in templum adferuntur, quæ aptæ esse censentur ad tonitrua averruncanda & dispellenda, si incensæ fuerint, exorta tempestate.

datur. In Academiis sunt censores librorum. Atque id non consuetudine, sed institutis majorum ab iis servari reperimus. Namque id antiqua Provincialia instituta ferunt, quæ anno 1643. in Synodo Provinciali Gnesnensi a Matthia Lubienio Archiepiscopo Gnesnensi Varsoviæ celebrata renovata sunt, ubi sub titulo: *De librorum approbatione & Bibliothecarum revisione*, 1) hæc verba legimus: *De non imprimendis absque revisione & approbatione libris ac revidendis ad minus semel in anno Bibliothecis, Bibliopolisqve suspectos & hæreticos libros vendentibus renovantur antiqua Provincialia statuta anno 1402. de Offic. Ordin. L. I & L. IV. tit. de Hæreticis L. V. c. 25. 27.* Qua de re in aliis quoque provinciis leges latæ & sæpenumero repetitæ sunt. Hancce approbationem & facultatem imprimendi recentiori ætate libris præfixam videmus, quæ antiquioribus temporibus nunquam adjici solebat. In Collegiis Societatis Jesu præterea & quibusdam aliis Præfecti typographiarum constituti sunt, qui in illarum curam incumbunt.

Cœtus Reformatorum Typographiæ sat multæ in Polonia & Magno Ducatu Lithvaniæ olim fuerant; nostra vero ætate ne unica quidem supereft. Nam cum maximæ instituta Fratrum Vnitatis in Bohemia sequerentur, qui nonnisi practicos & apologeticos libros imprimendi libertatem concederent; factum est, ut privati viri impensis istæ officinæ nulla ratione conservari possent, cum in iis libri rarius excuderentur; atque imminuto illius cœtus numero ac potestate illi plane adempta, quod a tota societate & viris principibus, quorum jam exiguus est numerus, non restaurarentur, collapsæ, plane concederent ac disperirent. Quædam etiam igni & bello videntur esse dissipatæ. Cum vero in ipso flore essent, illarum curam, præter Bibliothecas, Superattendens seu Senior primarius Ecclesiasticus, e numero Seniorum, qui in singulis Districtibus erant, electus, habebat: quod in Synodo Nansenfi anno

1) v. Synodus Provincialis Gnesu, Provinciæ 1646. impr. p. 38.

1560. celebrata decretum atque deinde in Pinczoviensi, Sendomiriensi & sequentibus confirmatum est. 2) In Synodo Provinciali Cracov. 1575. d. 13. Mart. habita sancitum, ne Typographi, qui ex isto cœtu essent, quidquam in rebus theologicis imprimerent sine consensu Seniorum ejusdem Districtus. 3) Cum contra in Bohemia Typographi Vnitatis cura omnibus ex æquo incumberet; inspectio vero ejusdem proxime adhabitanti. 4) Ceterum & in Polonia eundem morem ac consuetudinem in libris edendis, quem in Bohemia Fratres Vnitatis, servabant, quod ipsius Lasitii 5) verbis enarrabo: *Si postulet necessitas, ut sit eis scribendum quidpiam, iungitur id negotii uni Episcoporum, aut alii cuiquam ad scribendum idoneo: verum tamen scriptum non ante exit in lucem, quam a primario Episcopo, qui est Synodii Præses, atque si sit opus a pluribus etiam doctis, e Seniorum Ministrorumque classe examinetur. Id autem ideo, ut certiora sint illa, quæ aliquot prudentes ante perpenderent, quam in publicum prodierant: neve quid scripto insit maledici, quod totam Ecclesiam deformet; vel falsi, quod lectores in errorem inducat; aut stomachosi, quod eosdem offendat. Solet autem id, semper fere, nomine univærsæ Ecclesiæ eam ob rem divulgari, ut alia aliis membra ejusdem corporis honorem adferant, eoque pacto ansa inani gloriæ, animos scriptorum titillandi, præcidatur ac scriptum eo majus pondus atque auctoritatem habeat. - - Eadem fratrum diligentia est, cum quid alieni editur lingua vernacula; multi enim vident prius, quod plures post lecturi sunt.* Quamquam hunc morem non æque colebant ii, qui Confessioni Helveticæ erant addicti & cum Fratribus Bohemicis in cœtus unius corpus coaluerant; nam polemicis scriptis illos occupari solitos, satis compertum est; neque nomina sua suppressisse, ex libris, qui editi sunt in lucem, patet: utut ab illo decreto Synodi

2) v. Andr. Wengerfcus Hist. Eccl. Slav. Prov. p. 122.

3) Alb. Wengerfcus Kronika zboru Ewangelick. Krak. MSS.

4) Joa. Amos Comenii Historia Fratrum Boh. p. 17.

5) Hist. de origine & rebus gestis Fratrum Boh. c. 21.

nobis Generis Vladivodensis anno 1882; d. 20. Jan. habere non
 videtur: discessit, et quidem eadem illa littera patris etiam
 patitur: sed illi littere per Generis Ecclesie delictum contentum,
 eadem superstantiam nostram Confessionem & Sacramentum prae-
 sentem habent. Qui vero scriptum aliquid viderit, a nostris se-
 natus Praesidium examinet. Quae laque etiam Augustanus
 Confessionis factos adhibere vult, ex ipis Synodis Actis, inque
 libellorum nominibus reperit, quibus cum illis contentis,
 necio quare. Quod tandem ad horum Typographis ad-
 nec, ac olim admodum parca erant, iam etiam nunc nullo loco,
 praeterquam Iense & Schlichingheimi divinis gratia
 consistantur.

D. E. Janssoni Hilli Confessionis Sandomin. p. 21.

In this section, the text is extremely faint and largely illegible. It appears to be a continuation of the historical or ecclesiastical discussion, possibly mentioning various locations or events related to the church's history in the region.

